Errata qæ momenti alicujus existunt, sic poterunt emendari:

PAg.9.lin.21.adjecerunt. p.40.l.5. usumfructum com. p.41. l.30.*ad Arg.*2. p.57 l.19.*Epist.*1. p.62.l.8.Act.2. pag 98. l.30.interpretatione. l.31.ad- p.103.l.33.dogmatis. p.120 l. 34.*abluendi verbo inv.* p.122.l.31.illum. p.127.l.14. justificati et ib.Christo. p.151.l.19. *Sect.*1.p.152.l.8.*Sect.*1. p.190.l.6. qid velit. p.2 9.lin.ult.minimè.

17' x 10.7

Errata qæ momenti alicujus existunt, sic poterunt emendari:

PAg.9.lin.21.adjecerunt. p.40.l.5. usumfructum com. p.41. l.30.*ad Arg.*2. p.57 l.19.*Epist.*1. p.62.l.8.Act.2. pag 98. l.30.interpretatione. l.31.ad- p.103.l.33.dogmatis. p.120 l. 34.*abluendi verbo inv.* p.122.l.31.illum. p.127.l.14. justificati et ib.Christo. p.151.l.19. *Sect.*1.p.152.l.8.*Sect.*1. p.190.l.6. qid velit. p.2 9.lin.ult.minimè.

17' x 10.7

REVERENDI VIRI
Dom. JOANNIS DAVENANTII,
Sarisburienſis Epiſcopi,

Ad virum clariſsimum, Dominum
SAMUELEM WARDUM
Collegii in Academiâ Cantabrigienſi
Sidnejenſis Præfectum, Epiſtola.

In qâ de Infantium qorumvis rite Baptizatorum ſtatu diſſeritur; nec ad Controverſiam de Sanctorum Perſeverantiâ atqe Apoſtaſiâ pertinere definitur. Unâ cum Stricturis in eandem nonnullis;

AVTORE
Thomâ Gatakero, Eccleſiæ *Londinum* propter *Rotherhithenſis* PASTORE.

LONDINI,
Typis *J. G.* venaliſqe habetur apud *R. Royſton* in vico vulgo vocato *Ivie-lane*, 1654.

casione ac quam maximâ potest reverentiâ adhibitâ proferendo, suos omninò abstinent absterrentque, parte in seculo futuro eis abjudicatâ, qi in isto pronunciare sustinuerit. Iidem qo simulacrorum cultum, qibus olim nimiopere addicti fuerant, ex legis divinæ interdicto sacrosancto, omnem prorsus exterminent, picturam figurarumque sculpturam universam, una cum utriusque artificio omni, tanquam execrandum quiddam censuræ acerrimæ subjiciunt: ad qos etiam, dum exterorum εἰδωλομανίαν detestantur, * è nostris hac in parte concessere nonnulli. De qiete Sabbaticâ non violandâ, sed accuratè observandâ iidem illi dum cavtum sedulò prospeteumqe anxiè allaborant, in qas superstitiones pietatis omnis inanes, ridiculas etiam nonnullas, semet induerint, immerserint, partim ex crebris cũ Christo suisq; in negotio isto vitilitigationibus, partim ex edictorũ affirmantiũ negantiumq; laterculo cũ laciniis adjectis, deprehendere cuivis proclive fuerit. In Ecclesiâ Christianâ idé usu veniisse, non est heri nudiusve tertius animadversum. Hæreticos, sive sectarios mitto, qos à dogmate uno pestifero, qod adversatum ire videri saltem volebant, in aliud eidem qidem ex diametro oppositum, sed non pernicioſum minùs transilire solitos, ex Epiphanio, & Avgustino, *de hæres.* & Danæi ad hunc *commentationibus* facile poterit videri. Sic Apollinari, naturam humanam Christo detrahenti, cum τὸ ἀγα-

* Vid. Tertul. *de Idola.* c. 4.

μο-

μονικῶ τὸ θεῖον, *mentis* sive ratione præditæ animæ loco *naturam divinam* substitueret, Nestorius dum in adversum contendit, errore non minùs exitioso, duas in Christo eodẽ personas comminiscebatur: huic rursus Evtiches, dum se opponit, naturam in eodem humanam à divinâ, unione jam peractâ, absorptam planè asseverabat. De patribus antiqis cœteroqi orthodoxis, qiq; in Ecclesiæ Catholicæ Communione perstiterant, observat Sixtus Senensis *Bibliothecæ Sacræ lib.* 5. *præfat. sæpe contigisse, ut dum ex sinceræ pietatis & catholicæ fidei defensionis ardore errorem unum aliquem omni virium conatu destruere annituntur, in alterum errorem oppositum vel deciderint, vel qodammodò decidisse videantur: agricolarum more, qi incurvũ teneræ arboris stipitem corrigere volentes, immodicâ nonnunqam attractione modum excedunt plantamqe ipsã in contrariã diversamq; deducunt formam.* Errorem excessumque hunc *Sixto* prior longè animadverterat, eademque imagine illustraverat Gregorius ille insignis Stasimorũ loci obscurioris Episcopus, Nazianzeni nomine, à sede natali in qâ parenti Episcopatum obtinenti Presbyter inserviebat, vulgò notior. Τί δεῖ (*inquit*) καθάπερ φυτὸν ἑτεροκλινὲς * πάντη καμπτόμενον βίᾳ μετάγειν ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος, διαστροφῇ τὴν διαστροφὴν διορθουμένους, ὠλλὰ μὴ πρὸς τὸ μέσον εὐθύνοντας, ἐν ὅροις ἱστασθαι θεοσεβείας; μεσότητα δὲ ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχομεν μόνον. *De Theolog. dissert.* 1. *Orat.* 21. *Et apologet. Orat.* 1. Κινδύνων μέγιστος τοῖς φωτίζειν πεπιστευμένοις; — πρὸς κακὸν ἴσον ἐκ τῶν ἐναντίων μεταποσεῖν, ὥσπερ φυτὸν διαστρο-

* πάντη ἐξ

φῆς ἐπὶ θάτερα πολὺ μετακλινομένης. *Ecqid opus est, tanqam stirpem in partem alteram declinantem viribus omnibus adhibitis in partem adversam inflectendo traducere; distortione distortionem corrigere satagentes; ac non potiùs ad medium ipsum dirigentes, intra pietatis terminos, tanquam in situ justo constituere? medium autem ubi dico, veritatem volô, qam solam intuendo rite agimus. Etenim apud eos, qibus commissum est munus lucem aliis fœnerandi discrimen est summum, ad malum geminum ex oppositis tranferri, tanqam plantam distortam in partem alteram nimiopere inclinatam.* Nec aliter *Clementem* etiam antegressus, ethnicus licet, gravis tamen avtor Plutarchus, *in dissertat. de adulatore ab amico distingvendo*; Πᾶσαν μὲν γὰρ κακίαν φευκτέον ἐστὶ δι' ἀρετῆς, οὐχὶ δὶα τῆς ἐναντίας κακίας, ὥσπερ ἔνιοι δοκοῦσιν αἰσχυντηλίαν μὲν ἀναισχυντίᾳ φεύγειν, ἀγροικίαν δὲ βωμολοχίᾳ, δειλίας δὲ καὶ μαλακίας ἀπωτάτω τίθεσθαι τὸν τρόπον, ἂν ἔγγιστα φαίνωνται λαμυρίας καὶ θρασύτητος. ἔνιοι δὲ δεισιδαιμονίας ἀθεότητα, καὶ πανουργίαν ἀβελτερίας ἀπολόγημα ποιοῦνται, καθάπερ ξύλον τὸ ἦθος ἐκ κάμπης εἰς τοὐναντίον ἀπειρίᾳ τοῦ διορθοῦν διαστρέφοντες. *Vitiositatem universam, virtutis ope, fugere fas est, non vitiositatis adversa operâ; prout nonnulli faciunt, affectum pudibundum impudentiâ fugere censentes se, & rusticitatem scurrilitate, & ab ignaviâ mollitieq; animi instituto, qam longißimè receßisse se reputantes, si ad procacitatem atq; avdaciam proximè acccessisse comperiantur: nec desunt qi superstitionis notâ atheismi profeßione liberare se velint, & stoliditatis fraudulentiâ, animi affectum tanqam lignum in-*

incurvum in partem adversam distorquentes, dum in directum statuendi ignari prorsus exiliunt. Avtoris, pro extero, serii admodum ac severi periochen integram eo libentius exhibui, qia seculi nostri (proh dolor) imaginem vividam exactamq; nimis repræsentasse videbatur. Cæterum, ut ad institutum peculiare nostrum propiùs accedamus. In re Sacramentariâ, ut de diffidiis qæ per tot secula orbem Christianum miserrimè afflixerunt, eorumq; etiam qi à Synagogâ Pontificiâ secesserant cœtus in partes distraxerunt, qum eis denarrandis scateant ætatum singularum historiæ, nihil istic interseram, apud nostros havd ita pridem repullulare ceperant, *de Sacramentorum usu, vige ac virtute* utrinq; ex adverso secum invicem arietantia dogmata, à medio illo, cujus Gregorius solius rationem habendam innuit, utrinq; (uti piis eruditisq; havd pavcis visum) havd obscurè declinantia. Cum enim à Deo instituta sacramenta à qamplurimis apud nos contemni nihiliq; haberi, (qod est notius, qàm ut dissimulari, gravius, qam ut lachrymarum imbre etiam copiosissimo pro merito satis deplorari qeat) dogmataq; in vulgus à sectarum Magistris eorumq; emissariis spargi passim compareret, qibus & Sacramentorum usum minùs nunc dicrum necessarium contenderent, vimq; eisdem omnem ac virtutem penitus abrogarent atq; adimerent: huic malo palam locis plerisq; grassanti qo obsisterem, viris doctis nonnullis consultissimis,

videbatur, *de Sacramentorum efficaciâ*, qædam in publicum dare, qâ demonstratâ institutis Divinis hisce avtoritatem existimationē qe justam restituerent, sartamqe tectam conservarent. Hoc fine, uti videtur Vir Doctiss. *Thomas Bedfordius de Sacramentis* in genere *Disputationem* in Academiâ Cantabrigiensi ante annos havd pavcos jam elapsos publicè habitam, sed & *de Regeneratione Baptismali Dissertationem*, evulgavit. In his avtem cum ulterius pedem promovisse, qam in scriptis sacris defixi termini paterentur, Theologis Symmistis qamplurimis tam eruditione qam & pietate pollentibus videretur, in utramqe, eam animadvertendi operam in se susceptt, nomine utroqe illo insignis, Vir Cl. D. *Richardus Baxterus*, adqe paginæ sacræ normam præcisam & exigere & redigere annisus est. Scripto priori Vir Doctiss. qo Dogmati suo avtoritatem ampliorem conciliaret, Virorum Illustrium duorum, *De Baptismatis Infantilis Vi atqe efficaciâ* D. Samuelis Wardi *Thesin*, & D. Joannis Davenantii ad eundem *Epistolam* adjunxerat. In illam *Animadversiones* ex viri Illust. ipsius postulatu à me datas in lucem publicam, qam nunqam intuituras speraveram, extrusas unâ, qum, nihil ejusmodi præstolatus offendissem, incumbere necessitas qædam visa est, ea etiam, qæ in earundem defensionem ad virum Clariss. olim dederam, jam tandem patiter emittendi. Cumqe in alteram D. Davenantii illam *Strictiorem* qasdam occasione eâ, qam in *Præfatione Dis-*

ceptationi

ceptationi priori præfixâ indicaveram, jam olim conſcriptas confectaſqe apud me haberem, à fratribus Symmiſtis qibuſdam, qorum nominibus judiciiſqe lubens aſſurgo, partim per literas, partim vivâ voce impulſus ſum, ut prioribus illis alteras iſtas adjicerem. Qorum ego hortationibus eo me procliviùs obſequentem præbui, qia methodo in controverſiâ iſtâ novellâ rem gerere, ſemitamqe minus antehac tritam munire Reverendus Epiſcopus videbatur. Hoc avtem qantulumcunqe fuerit, veritati eruendæ firmandæve, dogmatiqe in cauſsâ præſenti, intra tramitem in *Verbo Scripto* (qæ eſt unica nobis in fidei negotio regula fixa) deſignatum, continendo conſtituendoq; duntaxat deſtinatum, eo animo velim à te, qicunqe es, Lector Chriſtiane, excipi, qo eſt primitus olim profectum, ſeriùs tandem nunc emiſſum à

Tuo in Servatore communi

conſervo inutili,

T. G.

CELEBERRIMI VIRI, *Domini* JOANNIS DAVENANTII, *Epiſcopi Sariſburienſis*, *ad* *Dom.* SAMUELEM WARDUM, *Coll. Sidnejenſis Præfectum*, *Epiſtola.*

Salutem in Chriſto.

NOn flagitas promiſſum meum; (Amiciſſime Warde) æqum tamen eſt, ut otium, qod & raro datur, & nunc peroptato mihi datum eſt, in exolvendo conteram. Memini me ſæpe affirmâſſe, argumentum illud ab *Infantibus* petitum, qo Arminiani, Pontificii, atqe è noſtris nonnulli utuntur ad *Apoſtaſiam Fidelium* ſive *Sanctorum* demonſtrandam, non modo invalidum eſſe, ſed ab hâc controverſiâ prorſus alienum.

Pars. 1. Subjiciam qaſdam *Propoſitiones*, quibus confirmatis, hoc qod aſſerimus cuivis patebit.

Propoſ. 1. *In controverſiâ de Perſeverantiâ aut Apoſtaſiâ fidelium ſive Sanctorum, qæritur de eâ fide & gratiâ ſanctificante, qæ Excipi, Exerceri, Retineri aut Excuti poteſt, non niſi mediante actu ſive operatione aliqâ liberi arbitrii.*

Patet; qia in articulo 3. & 4. Arminiani[a] in eo totâ

[a] Coll. Hag. pag. 214.

ſunt,

sunt, ut *fidem, regenerationem, sive sanctificationem, effici in hominibus* demonstrent *tali viâ ac modo cui ipsi possint resistere.* Quo posito consequenter in 5. articulo conantur demonstrare, *Tali etiam modo perseverare fideles & sanctos in hâc suâ fide & justitiâ*; ut eventus perseverandi semper pendeat ex illâ conditione; *(Si homines ad certamen parati sint, ipsique sibi non desint.)* Quod perinde est ut si dixissent, hanc *perseverantiam* sive *apostasiam*, de quâ disputatur, pendere ex bono vel malo usu liberi arbitrii, tum quoad acquisitionem, tum quoad amissionem fidei & justitiæ. Bertii tractatus *de Sanctorum perseverantia & apostasiâ* clarè ostendit, ad eos solos pertinere hanc controversiam, qi ratione ac libero arbitrio utuntur, in admittendâ, retinendâ, aut excutiendâ fide, justitiâ, sanctitate, sive gratiâ regenerante. Inde apud eum hæc axiomata;

b *Fides & perseverantia non sunt dona pendentia à prædestinatione; sed conditiones morales hominibus à deo imperata.*] c *Dona hæc nec primum admitti, nec postea agere, nisi per voluntatem.*] *Dona spiritus dari regeneratis ad luctam.*] *Regeneratos posse agere ex utroque principio.*] Et id genus alia.

Sic igitur colligo; In hâc quæstione non quæritur nisi de illis solummodo, qi ad tempus per fidem ad hæserunt Christo, & ad tempus juste sancteque vixerunt, qique actu voluntario à fide & justitiâ deficere potuerunt. Hæc non spectant ad infantes. Ergò neque perseverantia neque apostasia hæc, quæ nunc in quæstionem venit. d *Digna præscriptio est*, inqit Tertullianus, *in omni quæstione, ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsionis.*]

Propos. 2. *In hac controversiâ de amissione fidei, aut gratiæ inhærentis, regenerantis aut sanctificantis, supponitur, eos, qi dicuntur amisisse fidem, aut defecisse à*

b Pag. 1. c Pag. 12. &c. d Contra Marc. l. 4.

gra-

gratiâ, accepisse atque habuisse eandem gratiam, quam præsumuntur post modum excussisse.

Nihil clarius. Nam ridicule contenditur illud donum amissum avt excussum, avt qovis modo ablatum esse, qod negatur fuisse donatum avt obtentum in baptismo. Jam verò Remonstrantes, infusos habitus fidei, avt charitatis pernegant, qod constat ex ipsorum scriptis. Grevinchovius, [e] *Crebris fidei actionibus habitum acqiri qis neget? sed principium internum fidei à nobis in Evangelio requisita, esse habitum qendam Divinitus infusum, cujus vi atqe efficacitate voluntas determinetur, hoc negavi. Atqe adeo duo qadam aperte negavi. 1um. Actum fidei priorem esse habitu fidei. 2do. Vi habitus infusi voluntatem physice determinari ad actum.*] Corvinus fatetur, *1 actum fidei per gratiam primo in hominibus effici; habitum verò per crebros actus acquisitum* agnoscit, *infusum* planè negat.] Plura habet in hanc sententiam, cap. 44. pag. 663. Sed omnium apertissime Episcopius; [g] *Effectum sive finis baptismi non est realis aliqa gratiæ collatio; sed sola tantum divinæ gratiæ, & professionis nostræ significatio.*] Et disp. 15. pag. 44. *Infusus fidei habitus esse non potest, hoc enim Scholasticorum novum commentum est.*]

Cum igitur constet actus fidei, charitatis atqe justitiæ non posse competere infantibus; habitus avtem infusos avt inhærentes pernegent Arminiani; qo colore abuti possunt hoc argumento ab infantibus petito, ad demonstrandam amissionem fidei vel justitiæ, avt defectionem & apostasiam ab eâdem, qam ipsi in baptismo infusam fuisse non admittunt; post baptismum ab ullis qi pereunt, obtentam fuisse non demonstrant?

Propos. 3. Pontificii non agnoscunt pro fidei dogmate; *Habitus fidei avt charitatis infundi parvulis in*

e Dissert. de elect. p. 324. f Contr. Anstrom. Molin. cap. 33. p. 562.
g Disput. 29 de Bapt.

bap-

baptiſmo; neqe tanqam de fide docent, *Effici illos juſtos formaliter inheſione habitualis juſtitiæ avt ſanctitatis.*

Hoc ſi oſtendero, manifeſtum erit, nec Papiſtas poſſe contra nos afferre exempla baptizatorum, ut inde firmiter concludant, fidem & regenerantem gratiam cordibus hominum ſemel inditam, totaliter & finaliter poſtea evaneſcere, qia non eſt de fide talem gratiam parvulis infundi.

Ab antiqis qibuſdam Scholaſticis non receptam fuiſſe illam opinionem, qæ defendit parvulis in baptiſmo dari gratiam infuſam, & infuſas virtutes, fatentur *b Bonaventura*, *i Aquinas*, & *k Gerſon*.

Ad modernos qod attinet; Soto expreſſe docet, *l Illos habitus infuſos parvulis non eſſe, tam ab antiqo tantâqe certitudine in Eccleſiâ cognitos, qam eſt fides Catholica.*] Eſtius ingenue agnoſcit; *m De hâc infuſione inhærentiæ juſtitiæ problematice diſputatum fuiſſe inter Scholaſticos, Magiſtro propendente in partem negantem.*

Sed hîc diſſimulandum non eſt, nuperos qoſdam pontificios aſſerere, hanc doctrinam de *infuſione virtutum Theologicarum*, qoad infantes baptizatos, nunc majore avtoritate qam olim eſſe ſuffultam, Concilii ſcil. Tridentini, cui placuit eam ſimpliciter definire.

Sed bonâ illorum veniâ dicam, Concilium Tridentinum non potuiſſe facere, ut illud de novo dogma fidei evaderet, qod per tot annorum centurias nunqam fuit de fide. Addo, Concil. Tridentinum non ſic ſtatuiſſe. Nam ea omnia qæ inde afferuntur *n* pro infuſione theologicarum virtutum, avt habitualis juſtitiæ, clarè referuntur ad eos qi juſtificantur mediante uſu & actu propriæ voluntatis. Ubi avtem de *baptiſmi effe-*

b Bonav. l. 4. d 4. *i* Aquin part 3. q. 69. *k* Gerſ. part 2. fol. 126. *l* Sot. de nat. grat. l. 2. cap. 10. *m* Sot. in 4. d. 4. p. 53. *n* Ex Seſſ. 5.

ctu

ho generali, tam quoad parvulos qàm adultos, loquitur, docet solummodo *talem gratiam dari, qa reatum originalis peccati solvat, & tollat totum id, quod propriam peccati rationem habet.*] Cæterum de *infusis habitibus fidei, charitatis, aut justitia* verbum nullum.

Non est igitur adhuc definitum, ne apud ipsos qidem Pontificios, [p] sive fidei, sive charitatis habitum infundi parvulis in baptismo. Illud revera definitum est, qod *omnes infantes baptizati reddantur aliqo modo accepti & grati deo.* (De qo mox plura.) Sed qod hoc fiat per tales habitus infusos, aut per inhærentem aliqam qalitatem, in eorum animis à deo creatam, adhuc ambigitur.

Propos. 4. Protestantes non concedunt *fidem justificantem, aut charitatem Deo unientem, aut gratiam regenitatricem, qa reparat omnes animæ facultates, in ipso baptismi momento infundi baptizatis infantibus.*

Hoc posito, amissio horum donorum non evincitur ex eo qod baptizati in infantiâ, postqam ad adultam ætatem advenerint, damnentur propter voluntariam suam impœnitentiam, & infidelitatem. Nam fuisse in statu fidelium justificatorum aut regeneratorum (à receptis habitibus sic dictorum, aut ab actibus horum donorum exercitis) nemo mortalium potest pro certo asserere.

Sed audiamus Reformatos nostros Theologos, Calvinus: [q] *Nihil plus in pædobaptismo præsentis efficaciæ requirendum est, qam ut fœdus cum illis à domino percussum sanciat.*] Quod autem attinet ad fidem, aut regenerationem illam spiritualem, qæ in creatione novâ consistit, ac reparatione omnium facultatum, per justitiæ sive sanctitatis inhærentis donationem, Eam

[p] Sess. 5. can 5. [p] Vide Vasq. in 1a. 2æ. d. 86. cap. 2, & Soto. in 4. d 6. a. 3. [p] Instit. lib. 4 cap. 16 sect. 31.

do-

docet, *postea consecuturam, qo tempore deus ipse provideris.*] [r] *Quod si aliqi ex infantibus electis, Accepto regenerationis signo, præsenti vitâ ante demigrent, qam adoleverint, eos virtute sui spiritus nobis incomprehensâ renovat, qomodo expedire ipse solus provideat.*]

In qâ sententiâ antiqos Scholasticos fuisse, ex Gersone colligo. Nam si qi parvulis habitus infusos negabant, concedebant tamen, *Si anima baptizati infantis separetur etiam post baptismum, in ipsâ separatione deum illi infundere fidem, cateraſqe virtutes.*

Beza Calvino adstipulatur; [s] *Vis Spiritus veterem hominem abolens, non ab ipso baptismi momento incipit, sed ab eo qo fides incipit.*] *Putamus absurdum esse, dicere, Infantes Renovari ante cogniti & per fidem apprehensi Christi tempus.*] Colloq. Mompelg.

Bucerus agnoscit, [t] *Infantes in baptismo, pro suo modo, fieri divinæ bonitatis participes*: Sed *fieri fidei aut charitatis participes* negat; *Utcunqe Spiritu dei ad salutem signentur, & qantum ad ipsorum ætatem & conditionem satis esse agitur.*]

Petrus Martyr affirmat; [x] *Infinitos reperiri, qi Sacramentum baptismi apud se diutissime habuerunt absqe fructu: caterum postea conversi ad deum, per id multum promoverunt.*]

Nec qenqam scio ex nostris Theologis, qi regenerationem illam, qæ sita est in spiritualium qalitatum creatione (qam nos sanctificationem, pontificii formalem justificationem indigitant) in ipso momento baptismi productam definiant. Imò omnes hanc Regenerationem, sive nativitatem spiritualem ad illud ætatis adultæ tempus referunt, quo in corde baptizati, ex immortali semine verbi & operatione Spiritus, vera ac viva fides enascitur.

r Lib. sect. 21. / Gers. part. 2. p. 146. s Opus. vol. 3. ad qæst. 3. p. 344.
t Vide in Matth. p. 152. x in 3. ad Rom. p. 75.

Mon-

Montacutius noster ex Belgicâ Confessione hæc verba transtulit in *Appellationem* suam; [y] *Credimus veram fidem unicuiqe nostrûm inditam nos regenerare, atqe veluti novos homines efficere, ut qos ad novam vitam vivendam excitet.*] Atqe ex Gallicanâ; [z] *Credimus nos, qi naturâ servi sumus peccati, hâc eadem fide interveniente in novam vitam regenerari.*] Cum igitur nec Arminiani, nec Pontificii, nec Protestantes agnoscant parvulos in ipsâ baptismi susceptione fieri participes illorum habitualium donorum, avt spiritualium qalitatum, qæ propriè dicuntur constituere hominem justum, & inhærenter sanctum, nemo eorum potest amissionem fidei, avt justitiæ, avt *Sanctorum apostasiam*, argumento ab infantibus sumpto demonstrare.

Pavcula ex patribus addamus.

Propos. 5. Patres *neqe actualem neqe habitualem fidem, avt charitatem parvulis in baptismo donatã* agnoscunt, *conversionem* etiam, sive *novi cordis creationem* (qæ proprie *regeneratio* dicenda est) non nisi cum ad ætatem rationis capacem pervenerint, in iis produci docent.

Avgustinus, [a] *Parvulum, etsi nondum fides illa, qæ in credentium voluntate consistit, jam tamen ipsius fidei Sacramentum fidelem facit.*] [b] *In baptizatis infantibus præcedit regenerationis Sacramentum, & si Christianam tenuerint pietatem, seqitur etiam in corde conversio, cujus mysterium præcessit in corpore.*] Et cap. 25. *Aliud est sacramentum baptismi, aliud est conversio cordis.*] Et pavculis interjectis; *Illud sine isto potest esse in infante. Si ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem involvit.*] Ubi duo docet Avgustinus: unum, Regenerationis Sacramentum sine cordis conversione consistere in parvulis, qi nondum rationis & liberi arbitrii compotes sunt. Alterum, hunc defectum

y Art. 24 p. 166. z p. 168. a Epist. 23. b Contr. Donat. l. 4. c. 24.

cordis converſi, mutati, ſeu regenerati, non involvere illos reatu, qia non ex voluntate illorum deeſt, ſed ex ætate.

Porrò idem Avguſtinus Regenerationem parvulorum ſolummodo in plenariâ remiſſione originalis peccati videtur collocare; abolitionem autem illam veteris Adami, & creationem ad imaginem novi, qæ novas & ſpirituales qalitates deſiderat, hujus cœptæ regenerationis progreſſum ac perfectionem eſſe docet; neqe competere hominibus, niſi ratione & libero arbitrio jam utentibus. [c] *Parvuli ex parentum reliqâ vetuſtate toti vetuſti damnationem veteri homini debitam, Sacramento ſpiritualis regenerationis & renovationis, evadunt.*] Pavlò poſt; *Illud præcipuè attendere & meminiſſe debemus, tantummodo peccatorum omnium plenam perfectamqe remiſſionem baptiſmo fieri; hominis verò ipſius qalitatem non totam continuo mutari, ſed ſpirituales primitias in bene proficientibus, de die in diem novitate creſcente, commutare in ſe qod carnaliter vetus erat*, &c.] Ex qibus liqet Sacramentum regenerationis afferre parvulis primitias, ſive inchoamentum ſecuturæ renovationis, nimirum plenam remiſſionem & ſolutionem à reatu veteris Adami; ipſam verò inſtavrationem novi, ad imaginem Chriſti in juſtitiâ & ſanctitate conſtitutam, non eodem momento apportare. Decimo qinto de Trinitate: [d] *Renovationem baptiſmalem uno momento fieri*] oſtendit; Sed qo ſenſu? *Remiſſione ſcil. omnium peccatorum.*] Ac pavlò poſt, eleganti comparatione aſſimilat regenerationem baptismalem, *infixi teli de corpore evulſioni*; qatenus in ea peccatum per Indulgentiam, qaſi evellitur: at regenerationem illam, qæ poſtea competit adultis, *vulneris ipſius curationi, qod fit enim pavlatim proficiendo renovantur ſecundum imaginem ejus qi creavit eos.*]

c De peccat. Mer. & rem. l. 1. c. 27 p. 712. d Cap. 17.

Na-

Nazianzenus hoc discrimen observavit; e *Baptismus vitæ cursum ingredientibus est signaculum, eis qui adultiori ætate sunt, gratia est, collapteque imaginis erectio.*]

Hieronymus, tantum abest ut agnoscat virtutes infundi parvulis in ipso baptismi momento, ut ne in adultis quidem id (qasi lege ordinariâ) fieri concedat. f *Si baptismus statim justum faceret, & omni plenum justitiâ, negaqam utique Apostolus neophytum refutaret: Sed baptismus vetera peccata conscindit, novas virtutes non tribuit.*]

Qid plura? Si infantes renati ac justi fierent per fidem & gratiam infusam, cur patres (ac præsertim *Augustinus*) ubiqe confugiunt ad fidem alienam? *Justinus Martyr* ait, g *pueros consequi bona, qæ baptismo proveniunt, fide illorum, qi eos baptismo offerunt.*] Et Bernardus; h *Dignum est, & ad dei benignitatem spectat, ut qibus fidem ætas denegat propriam, gratiam prodesse concedat alienam.*]

Liceat itaqe cum Cassandro asserere, i *Regenerationem in infantibus longe aliter qam in adultis spectari.*] Atqe cum Whitakero nostro, k *Patres ne somniasse qidem de habituali Papistarum fide, qam illi volunt ex opere operato infusam esse parvulis.*]

Hinc qivis perspiciat, qàm invalida fit hæc concludendi ratio; *Multi ex infantibus baptizatis, postea pereunt in infidelitate ac impœnitentiâ. Ergo fides, charitas, & reliqæ spirituales qalitates in renatis, Spiritus virtute productæ, aliqando amittuntur.*

Pars 2. Hactenus in eo potissimum operam posuimus, ut qid non detur parvulis in baptismo ostenderemus; jam ne efficaciam Sacro-sancti baptismi ne-

e De sanct. Lavac. f Adv. Pelag. l. 1. c. 8. g Qæst. à Gent. Christ. Propositq. 56. h Epist. 77. i De Bapt. Infant. pag. 722. k De sacr. Bapt. q. 4. c. 6.

gare videamus, qid detur, qid in illis efficiatur, conabimur explicare. Qo explicato, simul demonstrabimus, nihil facere ad probandum *apostasiam Sanctorum*, aut *amissionem Theologicarum virtutum, sive Spiritualium donorum*, qæ justificatis per fidem, ac regeneratis per Spiritum ex incorruptibili semine infunduntur.

Hîc autem illud *Augustini* cogor præmittere; l *Qid valeat in homine corporaliter adhibita Sanctificatio Sacramenti, difficile est dicere.*] Et *siqis hanc causam difficultatibus omnibus expedire posset, ejus ego me auditorem* (qod olim dixit *Whitakerus*) libentissime profiterer.] Sed interim conemur aliqid.

Propos. 1. *Omnes infantes baptizati ab originali peccati reatu solvuntur*: atqe hic est primarius ejus effectus, ex qo etiam dependet illorum (qæ dicitur) * *regeneratio, justificatio, adoptio, sive ad regnum cœleste acceptatio.*

Neminem unqam eorum, qi ad Christum accesserunt per baptismum, sana fides & sana doctrina putavit exceptum à gratia remissionis peccatorum, &c.] Inqit *Augustinus* m. Concilium Milevitanum can. 11. *Infantes ideo in peccatorum remissionem baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, qod generatione traxerunt.*]

Neqe hic *Electorum & non-Electorum* discrimen ullum admittitur, qoad hujus effecti participationem, unde illud in Ep. Synodicâ Exulum in Sardiniâ; *Esau accepto Sacramento, reatu originalis peccati caruit.*] Qod etiam *Prosper* agnovit: in *Responsionibus ad capitula Gallorum* o. Et in *Concilio Valentiano* hoc firmissime tenendum definitur. Pontificii, nostriqe etiam Theologi, huic doctrinæ patrum suffragantur. *Bonaventura*; o *Parvuli recipiunt rem Sacramenti,*

l De Bap: contra Donat. l. 4 c. 22. * Membr. 1. m De pecc. Mer. & rem. l. 1. c. 28. n Resp. 2. cap. 2. o Lib. 4. d. 4.

qa

qæ est remissio culpæ originalis.] Lombardus, p *Sacramentum & rem simul suscipiunt omnes parvuli, qi in baptismo ab originali mundantur peccato.*]

Eadem est nostrorum sententia, uti patet ex *artic.* 27. & *administratione baptismi*, neqe aliqid cavsæ video, cur hunc effectum ad solos electos arctemus; qod olim fecerunt nonnulli, ut testatur *Lombardus* q, & nunc facere aliqos, ex illorum scriptis mihi fit verisimile.

Scrupulum hunc illis injicit, qod putant [illegible] consentaneum, ut ullo modo avt tempore [illegible] dinatus habeatur ad vitam æternam, qi non [illegible] prædestinatus ad eandem infallibiliter obtine[illegible]ri. Sed hoc non certum est Angelos, qi est adeo magni momenti [illegible] in statu innocentiæ consideciderunt, & Ada[illegible] ammodo, & in signo qodam ratiratum, fuisse [illegible] iter ordinatos ad vitam æternam; licèt onis, fuer[illegible]nt per illam dispositionem, avt in illo signo, non [illegible] infallibiliter prædestinati ad illam capessendam. Stare ergo potest in parvulis temporanea ordinatio ad vitam per remissionem originalis peccati, absqe beneficio Electionis, qæ ad vitam æternam infallibiliter destinat & perducit. Huic rei fidem facere potest, qod è contra in ipsis Electis stat qædam ordinatio ad mortem respectu præsentis conditionis, (ut in Pavlo blasphemo, & nondum Christum agnoscente, vel in Davide adulterii reo & nondum pœnitente) cum interim esset firma electio eorundem ad vitam æternam & beatitudinem cœlestem.

Jam ultimam clavsulam propositionis nostræ illustremus.

Dixi, *Remissionem originalis peccati* (qoad infantes) * *esse primarium effectum baptismi, reliqaqe ex hoc seqi & qasi resultare.*

Artic. 1. Nam qod dicantur *justificati in baptismo*,

p Ibid. q Lib. 4. d. 4 * Membr: 2.

id ex hâc *remissione originalis peccati* oritur, [r] *Parvuli*, inqit Vasques, *suscipiunt baptismum solum ut liberentur ab originali peccato, & ab eo justificentur.*] Et Bonaventura notavit, [s] *Parvulos in baptismo justificari à culpâ contractâ non actâ.*] Justificatio igitur infantis re non differt ab expiatione, sive remissione originalis peccati. Cum [t] in parvulis actuale peccatum non inveniatur, à qo possint justificari.

Quod autem quidam Papistæ tuentur justificationem infantium [illegible]re non posse, absque infusâ sive inhærente justitiâ, id [illegible] coguntur tueri, qod statuant, Formalem causam justificationis esse semper qiddam inhærens in justificato, qou [illegible]at illum cœlo vel vitâ æternâ dignum.

At nos qi in controversiâ de justificatione adultorum hunc papisticum errorem averti[illegible]ur, non debemus in justificatione infantium eundem [illegible]roborare.

Artic. 2. Porrò, qod *infantes* dicuntur *in baptismo regenerari*, id etiam ita dependet ab hâc remissione originalis peccati, ut vix & ne vix qidem ab eadem distinguatur.

Renovatio in baptismo fit remissione omnium peccatorum.] Inqit Avgustinus.

In infantibus regeneratio constat tantum remissione culpæ & acceptatione ad vitam æternam,] ait Cassander. [x]

Idem plane dicendum est de *translatione parvulorum ex liberis Adamo, & insitione sive incorporatione in novum*: nam hoc etiam connexum est cum remissione originalis peccati.

Statim enim atqe removetur ab infante reatus, qem contraxit in 1. *Adamo*, censetur ipso facto in prosapiâ

r In 3. q 88 disp. 154. c. 2. s In sent. 4 d. 4. t Vide Avg. Contr. Julian. l 2 p. 978. u De Trinit l 14. c. 17. x De baptizand.

sive

ſive familiâ novi *Adami*, unde *Beza* recte hæc duo conjunxit: y *In infantibus*, inqit, *baptizatis & ante fidem mortuis, baptiſmus obſignat inſitionem in fœdus & peccati peccantis remiſsionem.*] Atqe *Auguſtinus* obſervat cum remiſſione originalis peccati cohærere ſemper hanc in familiam Chriſti tranſlationem. z *Antiqo paterno debito non tenetur*, (loqitur de baptizatis infantibus) *qi hæreditatem patremqe mutavit.*]

Art. 3. Ad hæc, illa qæ dicitur *ſanctificatio parvulorum baptizatorum*, in hâc originalis peccati ablutione, maximam ob partem conſtituta eſt.

Nam ut immundities eorum, qanta qanta eſt, in fœditate originalis peccati conſiſtit, ſic etiam & purgatio: Et ſicuti dicantur *polluti* reſpectu habito ad reatum hujus peccati nondum extinctum: ita & *ſancti* merito dici poſſunt reatu ejuſdem jam expiato.

Qanqam havd negaverim eoſdem eſſe *ſanctos*, ſive *ſanctificatos*, aliis etiam nominibus. Utpote qod Sacroſanctæ Trinitati dedicentur: nam *deo dedicari* eſt qodammodo *ſanctificari*. Qod ſacroſancto Chriſti ſangvine in baptiſmo aſpergantur, ad remiſſionem peccati inhabitantis obtinendam. Qod habeant in ſe Spiritum Sanctum, incolentem; licèt non per fidem, ut adulti, arcano tamen modo & nobis incognito: Unde Auguſtinus: a *In baptizatis parvulis, qamvis id neſciant, habitat Spiritus Sanctus. Per incolatum avtem tam divini & ſancti hoſpitis non poteſt non hoſpitium* (prout fert ejus conditio) *ſanctificari.*] Deniqe *Sancti* ſive *ſanctificati* jure appellentur (qamvis fidei, juſtitiæ, ſive gratiæ infuſæ, nec actus, nec habitus recipiunt) propter avtorem ſanctitatis ineffabili modo in illis operantem, qicqid à talibus reqiritur, ut *ſancti* reputentur. Qid hoc avt qale ſit, explicet qi intelligit. Ego fateor me non intelligere.

y Opuſ. vol. 3. qæſt & reſp. 128. z Cont. Julian. l. 6. p. 1142. a De præſent. Dei ad Dardan. c. 12.

Artic. 4. Postremò, *adoptio* illa sive *acceptatio ad regnum cœleste*, qæ promiscue omnibus infantibus baptizatis, pro præsenti eorum conditione, conceditur, in hâc originalis peccati remissione fundatur, avt saltem ex illâ consequitur.

Nam cum hæc *adoptio* nihil aliud sit qàm *acceptatio* ad *vitam æternam*, secundùm præsentem parvuli conditionem: ablutio originalis peccati, qæ tollit unicum obstaculum, qo arcentur infantes ab ingressu cœli, eadem operâ ponit sive constituit illos justificatos, & idoneos ad participationem hujus hæreditatis cælestis.

Huc facit illud in Epist. Synod. Episc. Exulum in Sardiniâ; *Baptismo dimittitur infantibus originalis peccati vinculum, & amissa recipitur adoptio filiorum.*]

Communis etiam est Theologorum sententia; [c] Baptismum averendo originalis peccati reatum, per virtutem passionis Christi, amovere impedimentum, qod arcet infantes ab ingressu cœli, & eatenus illos facere hæredes regni. Hinc Cajetanus; [d] *Baptismus sufficienter causat apertionem cœli cuilibet baptizato, dum tollit culpam & pœnam tam personæ qam naturæ.*] Et Carthusianus; [e] *Aperire januam regni cœlestis, nihil aliud est, qam impedimentum, qo toti generi humano prohibetur ingressus in regnum cœlorum propter originale peccatum, auferri.*] Deinde hoc addit; *Particulariter hoc fit, qantum ad istum vel illum, per hoc qod virtus & meritum dominicæ passionis eis in baptismo applicatur.*]

Atqe hæc est illa *adoptio* sive *acceptatio ad regnum cœleste*, qam omnibus parvulis baptizatis competere lubentur agnoscimus. Qorũ cũ magna pars hinc capiatur ante ætatem rationis & liberi arbitrii compotem, avsim

[b] Vide Radam controv. part 3. contr. 5. art. 2. pag. 147. [c] Vide Aqu. part 3. qxũ 69. art. 7. [d] Ibid. [e] In sent. 4. d. 4 q 2.

cum

cum Bucero affirmare, [f *Nullam omnino hominum ætatem regno cœlorum plures cives dare.*]

Jam illud ſubtexo, quod eſt præſentis inſtituti proprium: Cum prædicta infantium *juſtificatio, regeneratio, adoptio, ſanctificatio* ab originalis ſolius peccati remiſſione, per Chriſti ſanguinem in baptiſmo infantibus applicatum, oriatur; cumqe hæc remiſſio originalis peccati maneat rata in adultiori ætate, & inamiſſibilis, qamvis non trahat poſt ſe illos effectus (deo ita ordinante) ad ætatem ſolius originalis peccati ream limitatos; qis non videt ab infantium exemplo malè concludi amiſſionem adeptæ juſtificationis, adoptionis, avt ſanctificationis, qoad adultos.

Sed qo hoc conſtet manifeſtius, addo aliqot propoſitiones, huic rei magis enodandæ inſervientes.

Propoſ. 2. *Juſtificatio, regeneratio, adoptio, qam concedimus competere infantibus baptizatis, non eſt univoce eadem cum illâ juſtificatione, regeneratione, adoptione, qam in qæſtione de perſeverantiâ Sanctorum, nunqam amitti defendimus.*

Artic. 1. Primò, *juſtificatio* non eſt ejuſdem rationis: Nam parvulorum juſtificatio non avditionem verbi, non fidem, non actum ullum in apprehendendo ipſam cavſam juſtificationis, avt ſibi applicando reqirit; ſed eſt merus actus ſolius dei, apprehendentis parvulos, & cavſam juſtificantem illis applicantis, Rectè Aqinas: [g *Pueri poſſunt juſtificari abſqe motu propriæ voluntatis: qia non habent unde poſsint converti ad cavſam juſtificantem*; cavſa juſtificans ſcil. paſſio Chriſti *applicatur eis per Sacramentum baptiſmi.*] At illi omnes, qi rationis & liberi arbitrii compotes ſunt, alio plane modo juſtificantur, avdiendo Evangelium, credendo, Chriſtū apprehendendo, juxta illud Apoſtoli ad *Rom.* 3.25,26. & 5. 1. Unde Scholaſtici ad juſtificationem puerorum, poſtqam pervenerint ad uſum ra-

f In Matth. c 19. p. 152. g Qæſt. diſput de juſtific. art. 3.

tionis,

tionis, actualem eorundem ad deum conversionem requirunt. Victoria *Relect. ult.* Aquinas 1a. 2æ. q. 89. *art.* 6. *Alv. Sum. de Aux. p.* 703. *Qi hoc modo per fidem justificatus, pacem apud deum obtinuit; illum ita justificati statum amittere, ut de facto* (nam de merito fatemur) *in statum inimici avt damnati incidat pernegamus.*]

Cum igitur justificatio adulti actum præsupponat credentis, justificatio parvuli sit qasi passio mera infantis alterius actum in se admittentis, non possunt esse avt re avt ratione eadem.

Si ergo probare possent (quod nullo modo possunt) hanc justificationem parvulorum, qæ est solummodò ab originali peccato, & alterius rationis à justificatione adulterum, esse amissibilem, nihil tamen evincerent; qia non disputant ad idem.

Artic. 2. Jam secundo in loco, nec qæ dicitur *regeneratio parvuli* est ejusdem speciei cum hac *novâ creatione*, sive *spirituali renascentiâ* adultorum, qam defendimus nunqam totaliter aboleri avt amitti, postqam spiritus virtute semel producta fuerit in corde regeniti.

Vulgò dicitur, *non recipit idem subjectum plura accidentia ejusdem speciei.* At infans Christianus, qi regeneratus fuit in baptismo, aliam regenerationem acqirit, cum adultus fidem adhibet Evangelio. Ergo avt bis regeneratur, avt regeneratio hæc baptismalis eadem non est cum illâ adultorum, de qâ Jacobus, h *Voluntarie nos genuit verbo veritatis, ut simus initium aliqod creaturæ ejus.*] Et Petrus; i *Renati estis non ex semine corruptibili; sed ex incorruptibili per verbum dei vivi & permanentis in æternum.*] Et Pavlus; k *Induite novum hominem, qi secundùm deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.*]

Hæc *regeneratio*, qæ *novæ creaturæ* nomine designa-

h Jacob. 1. 18. i 1 Petr. 1. 23. k Eph. 4. 24.

tur,

tur, qæque imaginem sanctitatis & justitiæ, quam amisimus, infusione spiritualium donorum in credentibus refingit & reparat, illa est, quam spectamus in quæstione de *perseverantiâ Renatorum* sive *Sanctorum*.

De *parvulorum* autem *regeneratione* idem dicere possumus, quod de fide eorundem dixit Augustinus; [l] *Parvuli non regeneratio illa, qæ in renatorum voluntate consistit; sed ipsius Regenerationis Sacramentum, regeneratum facit.*]

Irrito igitur conatu oppugnant *perseverantiam Sanctorum* in semel obtento statu regenerationis, qi regenerationem parvulorum in Sacramento (qæ non est ejusdem rationis) contendunt de facto amitti ab illis omnibus, qi cum ad ætatem rationis capacem pervenerint, pereunt in voluntariâ suâ infidelitate, aut impœnitentiâ. Tales enim non pereunt, quod amiserint regenerationem Sacramentalem parvulis regenerandis idoneam; sed quod nunquam habuerint regenerationem illam alteram ex semine verbi & efficaciâ Spiritus Sancti, qæ ad regenerationem adultorum efficiendam necessaria est.

Artic. 3. Ultimo in loco de statu *adoptionis* sive *acceptationis in filios regni* idem dicendum est, quod de justificatione & regeneratione dictum fuit. Nimirum, adoptionem illam, quam omnibus baptizatis infantibus concedimus, non esse univoce eandem cum illâ quam in qæstione de *perseverantiâ Sanctorum*, perpetuam & inamissibilem esse defendimus.

Æquivocationis itaque vocabulorum aut fallimur, aut alios fallere conamur, qi ab hâc adoptione parvulorum factâ in baptismo, argutantur contra illam adoptionem adultorum factam mediante fide, de qâ Joannes, [m] *Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qi credunt in nomine ejus.*] Hanc adoptionem perseverare, & in cœlum usqe subvehere

l Epist. 23. m Joan. 1. 12.

omnes

omnes ſic adoptatos, Orthodoxorum ſententia eſt; & nititur expreſſo verbi divini teſtimonio. n *Si filii, hæredes.*] Hi ſunt illi o filii, qi in domo patris ſui manebunt in æternum. Qicqid fiat de parvulis qibuſdam in baptiſmo adoptatis, niſi probent adoptatos per fidem in filios dei, excidere poſſe & perire; ſententiam noſtram de *perſeverantiâ Sanctorum*, non modo non labefactant, ſed ne attingunt qidem.

Ut res adhuc clarior evadat animadvertendum eſt, homines dici poſſe *adoptatos dei filios* multis modis.

1. *Filii* dicuntur nonnulli *qòad æternum, immutabile & arcanum dei decretum*, de illis ad cœleſtem hæreditatem infallibiliter perducendis. De hac adoptione loqitur Apoſtolus ad Eph. 1. 5. *Prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum.*] Et Joannes, cum dicit, p *Chriſtum mortuum, non ſolum pro gente Judaicâ, ſed ut filios dei, qi erant diſperſi, congreget in unum.*] De hac adoptione intelligendus Avguſtinus, qando dicit; q *Prædeſtinatos nondum natos dei filios eſſe, & omnino perire non poſſe.*] *Si qis defendat aliqem ex hiſce adoptatis dei filiis aliqando Apoſtatam evadere & perire, non ab ullo refellendus, ſed ab omnibus explodendus eſt.*] r *Nam illi cum Chriſto proculdubio regnabunt, qos deus ipſe ſuâ gratuitâ bonitate prædeſtinavit ad regnum.*] *Si ex hiſce perireti aliqis, avt vinceretur avt falleretur deus, qorum utrumqe, impoſſibile eſt.* De cor & gra. cap. 7.

2. Dicuntur *filii dei*, avt ex deo nati. *qos in filium ſuum unigenitum credentes deus donat actuali* o *prærogativâ filiorum*, h. e. p *Spiritu adoptionis clamante in cordibus eorum, Abba Pater*; q *reparante & refingente eos ad imaginem dei*; ac demum eos *obſignante in diem redemptionis*, 2 Cor. 1. 22. & Eph. 1. 13. 14.

n Rom. 8. 17. o Joan. 8. 35. p Joan. 11. 52. q De corrept. & grat. c. 9. r De fide ad Petr. diacon. c. 3. o Joan. 1. 12. p Rom. 8. 15. q Eph. 4. 14. r Eph. 4. 30.

Hæc

Hæc *adoptatio* eſt (ut ita loqar) genuina proles illius arcanæ, qæ in lucem jam edita, ipſo effectu temporali, æternam illam adoptionem teſtificatur. De hâc verè Rada *Contr. part* 3. *contr.* 5. *art.* 2. *pag.* 151. *Licèt deus non adoptet per novum actum, adoptat tamen per novum effectum.*]

Hæc illa eſt, qam ſemel obtentam ſive receptam nunqam aboleri poſtea avt abrogari docemus. Docuit idem Ambroſius. *Num Deus*, inquit, *pater ipſe qi contulit, poteſt ſua dona reſcindere, & qos adoptione ſuſcepit, eos à paterni affectus gratiâ relegare?*] *De Jacob & vitâ beatâ lib.* 1. *cap.* 6. Docuit Avguſtinus dum negat, [*qenqam ex illis, qi verè ſunt filii promiſſionis, unqam perire.*] Dum docet eos, *qi à fide ſuſceptâ reſiliunt, non fuiſſe in numero filiorum, qando fuerunt in fide filiorum.*] Docuit inter Scholaſticos ipſe Biel, qi de hâc adoptione verba faciens, ı negat *ullum ex illis qi poſtea pereunt, fuiſſe dei filium adoptivum.*] Et hac ratione ſuam confirmat ſententiam, qia *tales nunqam fuerunt per voluntatem dei ad cœleſtem hæreditatem ordinati.*]

Ad hanc adoptionem neminem unqam pervenire, qi poſtea periturus eſt, concorditer docent Proteſtantes. Bucerus affirmat, u *Eos qi aliquando à Chriſto poſſunt excidere, nunqam Spiritum filiorum fuiſſe nactos.*] Affirmat etiam; *Neminem ita credere ut filius dei ſiat, niſi qem in hoc deus ab initio elegit.*] Calvinus aſſerit; *Reprobos nunqam donatos fuiſſe ſpiritu adoptionis.*] *De æternâ prædeſt. pag.* 113.] Martyr in eadem ſententiâ eſt; x *Ex electione*, inqit, *omnis ratio noſtræ adoptionis pendet.*] Lutherus de hiſce adoptatis generatim pronunciat, y *Qod hæredes dei ſunt pares dignitate & honore* Petro & Pavlo, *ac divis omnibus.*] z *Qod fides ut certo ſecum regenerationem; ita adoptionem atqe he-*

[De corr. & gr. c. 9. ı In 3. diſt. 10. u In Matth. 7. x In Rom. 8. y Tom. 5. in 1 Pet. 1. z Ibid.

reditatem

reditatem adducit.] Melanchthon de hiſce filiis fatetur, [a] *Quod fiat Electione, non naturâ aut meritis noſtris.* Paulò poſt: *Filii dei tantum ſunt, qi à deo eliguntur.*] Chemnicius hanc adoptionem cum infallibili hæreditatis conſecutione conjunctam oſtendit, [b] *Maxima*, inqit, *dignitas ſeu præeminentia eſt, quam Chriſtus credentibus donat, ut efficiamur & ſimus filii dei. Neque titulus eſt ſine re: ſed ſi filii, Ergo patrem habemus propitium, ſumus ergo hæredes dei, fratres Chriſti, & ipſius hæreditatis participes, qæ tam non poteſt nobis deeſſe & eripi, quam Chriſto fratri noſtro non poteſt deeſſe aut eripi, & eâ fiducia clamamus Abba Pater*, &c.]

Quando noſtri Theologi perſeverantiam & infallibilem Salutis conſecutionem tuentur quoad adoptatos, manifeſtum eſt, eos de hâc adoptione, quam deſcripſimus, illud intelligere.

3. Dicuntur homines *filii dei, propter externam confœderationem cum deo*, vel aggregationem in viſibilem dei populum. Hoc ſenſu omnes Iſraelitæ, qi generatim fœdus cum deo inibant, mediante ſigillo Circumciſionis, [c] *filii dei*, & *filii regni* appellantur: Etiam illi qi extorres erunt ab illo regno, & ejicientur in tenebras exteriores. Hoc eodem ſenſu omnes Chriſtiani ſunt confœderatione dei filii; qamvis maxima pars eorum converſatione ſeſe probent filios diaboli. Ab hâc adoptione externâ & ſingulares perſonæ & integræ nationes poſſunt deficere & labi in apoſtaſiam, qod patet exemplo eorum, qi à Chriſtianâ fide ad perfidiam Mahumetanam deſciverunt.

Talem adoptionem in populum dei non ſpectamus, qando de *perſeverantiâ Sanctorum* dei filiorum diſputamus.

a Diſpoſ. ep. ad Rom. c, 9. b Harmon. Evang. cap. 1. pag. 16. In his verbis Joan. ex deo nati, &c. c Eph. 2. 12. d Matth. 8. 12.

Poſtremò

Postremò dicitur *adoptivus dei filius, e qisqis pro statu præsenti sufficienter dispositus est ad obtinendam hæreditatem cœlestem*; qamvis non sit à deo prædestinatus, nec spiritu adoptionis obsignatus ad futuram ejus possessionem. *Adam* in statu innocentiæ fuit hoc modo *filius dei adoptivus*, qia secundùm præsentem conditionem sufficenter fuit dispositus & instructus ad consecutionem vitæ æternæ. Idem dici potest de angelis non Electis in statu creationis suæ consideratis. Atqe hoc fere modo omnes infantes baptizati fiunt accepti deo vel adoptati; qia *f* cadit super eos velle divinum qo vult eos beatificare, si manserint in statu tali, & si non impediantur per conseqens peccatum.

Sed hæc (uti vides) est restricta & limitata *adoptio*, non illa absoluta, æterna, infallibilis, fundata in electione qæ nunqam fit irrita, fatente *Aqinate* g; Neqe, est illa viva qasi imago hujus æternæ adoptionis qam Spiritus impressit & obsignavit in corde credentium.

Nihil igitur agunt, qi sententiam nostram de *perseverantiâ Sanctorum*, sive filiorum dei per fidem regenitorum, qæ spectant solummodo, 1um. & 2um. modum adoptionis, oppugnant exemplis eorum, qi 3. avt 4. modo adoptati statuuntur, & tamen discedunt à deo & pacto divino, atqe sic pereunt in æternum. Nam taliter adoptatorum infallibilem salutem nunqam asseruimus.

Propos. 3. *Parvulorum baptizatorum justificatio, regeneratio & adoptio confert illis statum salutis pro conditione parvulorum.*

Nam voluntas dei peccatum originale eis remittentis, eosqe favore suo complectentis, sufficit ad ponendum illos in statu salutis, absqe præsentaneâ aliqâ in-

e Vide Radam contr. part 3. con. 5. art. 221. Svarez. in 3a. q. 23. art. 3. p. 702. *f* Biel in 3um d. 17. q. 1. g Part 3. q. 23. art. 1.

hærentis

hærentis justitiæ infusione. Unde *Vasques* ingenue agnoscit; [h] *Etiamsi hujusmodi habitus virtute baptismi infundantur parvulis, indubitatum tamen esse non ideo illis infundi, qia ipsis sit medium ad salutem necessarium.*] Concedit etiam nobis Malderus; *hominem sine ullo dono inhærente posse deo esse acceptum, etiam ad vitam æternam.*] *in* 1ma.2æ.p.574.

Hinc est quod Patres, nostriqe Theologi, qamvis dissentiant à Papistis in eo qod negent justificationem, regenerationem, avt sanctificationem illam, qæ novam creaturam facit, infusione spirituali donorum, competere infantibus: tamen in hoc omnes consentiunt, qod parvuli pro suâ præsenti conditione ita justificentur, regenerentur, sanctificentur in baptismo, ut si moriantur in hoc statu parvulorum, neqe de Electione illorum, neqe de salute dubitandum sit.

Certe *Augustinus* ubiqe docet, infantulos baptizatos, si continuo è vitâ migraverint, sine dubio pertinere ad vitam æternam, atqe, *i* hoc ipso qod hinc rapiantur, manifestum fieri eos fuisse ex prædestinatis dei filiis. Generatim de omnibus parvulis baptizatis hanc regulam fixit [k] Fulgentius, *Sacramentum fidei, qod est sanctum baptisma, qamdiu rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficit eis ad salutem.*]

Sed satis nota est antiqorum sententia; accedamus ad nostros, qi lubenter concedunt statum salutiferum ita conferri infantibus in baptismo, ut qotqot moriantur in infantiâ ejus beneficio salutem obtineant. Bucerus; [l] *in pueritili ætate raptos Christi beneficio salvos fore nihil ambigo.*] Et paulò post: [m] *Ii, qi priusqam adolescant, hinc demigrant; qoniam Christi sunt, etiam apud ipsum beati erunt.*]

Sic sensit Ecclesia nostra Anglicana; [n] *Ne qis putet noxiam esse pueris dilationem confirmationis, usqe*

[b] In 3am.q.68.disp.154.c.1.p.505. [i] Epist.59. [k] de fide ad Petr. diacon.c.30. [l] In Mat.9.p.152. [m] Ibid. [n] Rubric.catech. præpos.

dum

dum adoleverint, is certò sciat ex manifesto verbo dei, pueros, qi in infantiâ & post baptismum ante confirmationem moriuntur, omnia habere qæ sunt ad salutem eorum necessaria & indubie servari.]

Ex his cuivis patere potest, infantes per baptismum poni qidem in statu salutis; sed respectivè tantùm ad illam ætatem & conditionem parvulorum. Qi igitur in ætate adultiori pereunt, non impleto baptismi voto, non amittunt statum salutiferum, qem habuerunt pro conditione infantulorum; sed amittunt statum infantilem, qo mutato cessat esse sufficiens ad salutem adulti, qod ex ordinatione divinâ erat sufficiens ad salutem parvuli.

Pro amissione ergo fidei, justitiæ, avt sanctitatis inhærentis, vel pro voluntaria Sanctorum apostasiâ, ab infantibus petere probationem, frivolum plane & ineptum est: qod adhuc patebit evidentiùs.

Propos. 4. *Qi in baptismo pro communi conditione parvulorum verè justificati, regenerati & adoptati fuerant, pro speciali conditione adultorum, non existunt justificati, regenerati & adoptati, cum ad usum rationis pervenerint, nisi pœnitendo, credendo, abrenunciando, votum in baptismo nuncupatum impleverint.*

Nam licèt, tam in parvulis qam in adultis, justificatio, regeneratio & adoptio innuant actus dei; tamen hi actus divini, qatenus spectant parvulos, non requirunt in illis actiones aliqas præcedaneas liberi arbitrii; at in adultis ex ordinatione divinâ præreqirunt: Neqe ponant in parvulis spritualia illa effecta, qæ in adultis si minus ponantur, illorum justificatio, regeneratio & adoptio nullo modo potest subsistere.

Hoc antea ostensum est in 3ª. nostrâ *propositione*, hic itaqe pluribus opus non est. Illud solummodò inculcandum est, eos, qi adultorum fidem, justificationem & adoptionem (Pavlino more intellectam) amitti aliqando arguunt, qia justificatio & regeneratio parvulorum

propria, ex pacti ipsius formulâ, desint in adultis fœderatis habere vim salutiferam; neque texunt consequentiam bonam, neque vitant manifestam æquivocationem.

Hisce *propositionibus*; quæ satis ostendunt ab infantibus non posse demonstrari amissionem fidei & justitiæ, sive justificationis, sanctificationis & adoptionis illius, quæ fidem in Christum subsequitur, unicam adjungam quæ calumniis adversariorum opponetur, de *irresistibilitate, fato Stoico, de coactione liberi arbitrii*, &c. quas nobis impingere solent.

Propos. 5. *Cum docemus, perseverantiam Sanctorum in statu justificationis & adoptionis semel obtenti, non negamus qualitatem sive actum hominis fidelis aut justi, ratione subjecti, esse mutabilem & amissibilem: Sed affirmamus, specialem dei amorem non permittere, ut qui credendo in Christum justificatus fuerat, & adoptatus in filium dei, amittendo fidem & sanctificationem, desinat esse dei filius, & pereat in æternum.*

Nam in eum finem datur perseverantiæ donum verè credentibus, adoptatis & Spiritu adoptionis obsignatis, ut, qui pro mutabilitate arbitrii sui possunt à salute *excidere*, pro efficacitate divinæ operationis de facto nunquam excidant.

Ratio in promptu est; quia efficax *vocatio*, quæ *justificationem, sanctificationem*, & *adoptionem* actualem post se trahunt [o] à *prædestinatione* manavit: at ea est admirabilis dei operatio in salute prædestinatorum efficiendâ, ut sinat illorum voluntatem operari suo modo, id est, contingenter, & tamen ipse illorum salutem producat infallibiliter. Sic Aquinas; [p] *Ordo prædestinationis certus est, & tamen voluntas effectum illum producit non nisi contingenter*] [q] *Prædestinatus potest perire, si consideretur ipsius potentia; non potest, si consideretur ordo quem habet ad deum prædestinantem.*]

o Rom. 8. 29 30. p Quæst disput de prædest. art. 3. q Ibid.

Qi

Qi igitur ponimus juſtificationem, ſanctificationem, adoptionem & glorificationem abſolutæ prædeſtinationis fructus ſive effectus, & quidem permanentes; non tamen ſtatuimus liberum arbitrium cogi ad credendum, ad permanendum in fide & obſequio dei, ſed à deo efficaciter ſimul & ſuaviter tacti & moveri ad qemlibet actum cum ſalute eorundem ex dei ordinatione connexum.

Atqe hoc ſenſu Patres, Scholaſtici, Theologi noſtri, ipſaqe Sacra Scriptura pro imposſibili habent, ut qilibet ex Electis dei filiis, juſtificatis & adoptatis à ſalute excidat. Optimè hanc rem explicavit Gandavenſis, *qodl* 4 *q.* 18. Ubi qærit, *utrum Paulus potuerit excidi ante converſionem.* Summa eſt, *Effectus prædeſtinationis impediri poteſt qâ effectus; licèt non ſubratione, qâ prædeſtinatus.*] *Vel ex parte ipſius dei immutabilis eſt, ex parte creaturæ contingens & mutabilis eſt, licèt nunqam mutabitur.*] [r]

Animadverto etiam Montacutium noſtrum (qamvis multa de neceſſitatione ad vitam æternam odiosè imponat illis, qi abſolutam prædeſtinationem tuentur) tamen extra æſtum contentionis, agnoſcere qoad Electos illam ipſam impoſſibilitatem pereundi, qam nos ipſis tribuimus. In Reſponſo ſuo diſerte ait; [s] *Non fuiſſe poſſibile ut David periret in peccato ſuo, propter propoſitum dei gratuitum de illo ſalvando.*] In Appellatione, [u] agnoſcit, [x] *Petrum non potuiſſe finaliter excidere.*] Si impoſſibilitas pereundi, ex parte dei conſiderata, non inducat neceſſitationem, coactionem avt fatum qoad ſalutem Electorum; tum neqe impoſſibilitas apoſtatandi inducit neceſſitationem, avt alqid tale, qoad perſeverantiam eorundem.

Sed non eſt præſentis inſtituti integram hanc de *perſevtrantiâ* controverſiam pertractare; ſufficiat

[r] Pag. 195. [ſ] Appell. p. 58. [t] Pag. 163. [u] Vide p. 178. [x] Pag. 17

 oſtendiſſe.

oſtendiſſe quàm invalidum ſit ad ſententiam noſtram labefactandum, puerile illud, à pueris ratione nondum utentibus, deſumptum argumentum. Sed manum de tabulâ. Havd opus multis; ad te præſertim, cui verbum ſat eſt. Vale vir doctiſſime, & orna *Cathedram Profeſſoriam* conſtanti *orthodoxæ doctrinæ profeſſione.*

Tuus ex animo

J: Sarisburienſis.

IN

IN EPISTOLAM D. JOANNIS DAVENANTII, *Sarisburienſis Epiſcopi præmiſſam ſtrictura nonnulla.*

Ad *partem* priorem:

In qâ, *qid in baptiſmo non detur*, oſtenditur.

SCopus partis hujuſce prioris eſt oſtendere, *alienum eſſe prorſus à controverſiâ illâ celebri de perſeverantiâ & Apoſtaſiâ Sanctorum ſive fidelium, argumentum ab infantium baptizatorum juſtificatione petitum.*

Probatur hoc.

Propoſ. 1. *Quoad Arminianos*, duplici ratione.

Primò: *quia, ipſis etiam agnoſcentibus in controverſiâ iſtâ quæritur, de eâ fide & gratiâ ſanctificante, quæ excipi, exerceri, retineri, aut excuti poteſt, non niſi mediante actu, ſive operatione aliquâ liberi arbitrii.*

Propoſ. 2. *Quia habitus fidei aut charitatis infuſos, negent ei penitùs, & gratiam realem aliquam in baptiſmo conferri.*

At 1. respondere queunt Arminiani, *gratiam* eam, de qâ agitur, *sanctificantem*, etiamsi in adultis hoc modo, *excipi, exerceri, retineri amitti avt excuti* solenne habeat, in infantibus nihilominùs secùs habere se posse. Eandemque, hoc non obstante, quoad essentiam esse, quæ in adultis sic habetur, cum eâ, siqua saltem in infantibus fuerit, quæ in istis tamen secùs se habeat. Sicut eadem fuit in qâ *Adam* creatus est, sed & in qâ soboles ejus, si in obedientiâ perstitisset is, prognata fuisset, cum eâ, quam posteà vel ipse vel illa, ubi adoleverat, arbitrii liberi ope operâque interveniente, vel exercuerat, vel exercuisset: avt etiam sicut ea, quam infans adhuc Baptista, ab utero Spiritu Sancto imbutus obtinuit, eadem prorsus nec alia existebat ab illâ, qam adultus idem posteà pari modo exercebat.

2. De Baptismi effectu parum ipsis inter se convenire videtur Arminianis. Etsi enim Episcopius, loco citato, *gratiam aliqam realem in baptismo conferri* neget; at tueri tamen videntur hoc, tum *Bertius* ex *Prosspero* in *Hyperasp.* p. 164. tum & *Thomson. diatrib. de justific. part* 1. c. 7.

3. Controversia latior multò laxiorq; videtur, quæ inter Arminianos nostrosque de defectione istâ instituitur, tamque ad *justificationem* se, quam ad *sanctificationem*, extendit. Hoc enim, opinor, controvertitur, *Sint ne justificatio & sanctificatio electionis sive prædestinationis ad vitam, necessaria, & peculiaria etiam, effecta ac consecturia:* quod & *Bertius* statim ab ipso operis sui limine admonuit. Ut etiamsi nullam in baptismo realem gratiam illi statuant donari, ex nostris tamen in hoc argumento concessis, impugnare nos ipsis liceat; nec à nobis ipsis arreptum, in nosque ipsos vibratum ab illis, telum, avt è manibus excutere, avt declinare forsan tam facile fuerit. Quinetiam quæritur, uti in actis Synod. *Dordrec.* in *Judicio Theolog. Britan.* (quorum è numero

numero & Epiſtolæ iſtius Avtor, & is ad qem data eſt, extiterant) proponitur, *An non-electi ad ſtatum juſtificationis unqam pertingant.* Ubi pars negativa ſtatuitur, *ad art. 5. de non-electis theſ. 4. Non-electi ad ſtatum juſtificationis unqam perveniunt.*] Qanqam avtem *infantium electionem* ullam eſſe Arminiani negare perhibentur; at hoc in eis dogma noſtri, ut heterodoxum damnant, & contrarium planè ſtatuunt. Vide in *Act. Synod. Dordrect. Judicium Theol. Britan. de art. 1. de elect. theſ. heterodox. 7. Helvet. ibid. de prædeſt. theſ. 8. Ultraject. etiam theſ. & antitheſ. ult.* ſed & Andr. Rivet. *diſput. 4. de cauſ. elect. theſ. 20.*

4. Qicqid de illis in hac parte, ſive in peculiari hoc argumento, concludendis, in alterutram partem ſtatuere libuerit; at infringi interim videtur χρυσῆς σειρᾶς illius Apoſtolicæ nexus; atqe incidi nervus argumenti inde à noſtris deducti, qod illi tanqam palmarium urgent creberrimè, ex Rom. 8. 30. *Qos juſtificavit, glorificavit.*] Qo loco nihil in controverſiis iſtis, celebrius exiſtit, nihil freqentiùs qod occurrat.

Zanchius *de nat. Dei lib. 5. cap. 2. part 2. q. 1. theſ. 1. Solis etiam electis peccata remitti, & proinde hos ſolos per Chriſtum juſtificari, ſanctificari, mundari oſtendunt hæc teſtimonia: Qos prædeſtinavit hos (ſolos) & vocavit (efficaciter) & qos vocavit, hos etiam (ſolos) juſtificavit.*] *Idemqe in Tract. qeſt. de remiſs. peccat. Non juſtificantur niſi prædeſtinati electiqe ad vitam æternam: & qicunqe juſtificantur, tandem etiam glorificantur, Rom. 8.*]

Crocius *de perſever. ſanct. lib. 2. cap. 4. teſt. 3.* Rom. 8. 30. *hinc colligimus, qòd omnes juſtificati neceſſariò glorificantur.*

Lubbertus *adv. Socin. part 4. cap. 9. Ex dei igitur promiſſione, tanqam ex hypotheſi, neceſſario glorificabuntur, qicunqe juſtificantur.*] *Et ibid. cap. 12. Vide, omnes*

prædestinati vocantur; & omnes vocati (vocatione efficaci) justificantur, omnes denique justificati glorificantur.]

Molinæus *confess. in Synod. Dordrecht. exhibit. in Act. Synod. p. 271. Mitto quod Arminiani evertant illud Apostoli, Quos justificavit glorificavit: quippe qi docent multos justificatos esse, qi fide excidunt, atque per id damnantur.*]

In eadem Synod. Theologi Britan. (in qibus prout & ante monueram, cum Vir Reverendus Avtor iste, tũ & ad qam hanc dedit D. Wardus etiam) *de Art. 1. de Elect. thes. heterodox, 5. Prædestinatio tam ad media invia, quàm ad finem in vitæ termino, se extendit, ac per infallibilia media, ad præstitutum scopum Electos qasi transmittit.* Rom. 8. 30.] *Ibid. thes. 7. Reciproce & adæqatè ponendum; Quos prædestinavit, hos glorificavit: hos nempe, & non alios; Ut ex Augustino ostendimus.*] An non de reliqis catenæ nexibus pariter dicendum eidem sentiunt censentqe? pariter omninò. *In Art. 5. de non-Elect. Thes. 4. Solos Electos justificari ex aureâ illâ Apostoli catenâ: Quos prædestinavit, hos vocavit; quos vocavit, justificavit, hos nempe & non alios. Ut ex Augustino ostendimus.*] *Ibid. de Elect. thes. 1. Ex hoc loco constat, dari Electis omnibus perpetuam quandam beneficiorum spiritualium seriem, quæ illos nunqam derelinqit, sed usqe ad statum gloriæ prosequitur.*]

Theologi Hassiaci *de Art. 1. contra Remonstr. ration. His verbis Apostolum---justificationem & sanctificationem, & inter se, & cum prædestinatione ad salutem, & denique cum ipsâ salute connectere. Unde liqidò constat, omnes qi justificantur, necessariò qoqe glorificari.*] Idem locum eundem urgent, *ad artic. 5. Aph. 1.* Urgent & Palatini *de Art. 1. ad Propos. 1. & 4.* Nassovio--Weteravici, *de Artic. 1. de elect. thes. 1. & in confirm. & de artic. 5. confirmat. thes. 1.* Genevenses, *de Artic. 1. de Elect. ad thes. 1. 4. & 5.* Bremenses, *de art. 1. de prædest.*

ad

ad thes. 1. & 3. & 5. & *de art.* 5. *thes.* 5. Embdani, *de praedest. de art* 1. *thes.* 11. & *de Elect. quæst.* 5. fusissimè. Iidemque, *de art.* 5. *thes.* 8. *arg.* 8. *Catena salutis nostræ ex annulis certis mutuò invicem junctis, æterno immutabilis dei consilio, & decreto connexa à Paulo describitur*, Rom. 8. 29, 30. *Ergò electi per hanc catenam, ab æterno in cœlis connexam, in tempore verò in terras demissam, è terris certò in cœlos attrahuntur, & ibi glorificantur.*]

Usurpant & professores Belgici, *de art.* 1. *de Elect. ad antithes.* 1. 2. & 4. & *de art.* 5. *antithes.* 1. §. 1. & *ad antith.* 5. §. 8. Lubbertus, *de art.* 1. *in thes.* & *antithes.* & *de art.* 5. Gomarus, *de art.* 1. *de Elect. g. s. l.* & *de art.* 5. *Sec.* 6. Hollandi Avstrales, *de art.* 1. *de elect. thes.* 1. *consect.* 1. & *thes.* 3. & *de art.* 5. *thes.* 1. Boreales, *de art.* 1. *de Elect thes.* 1. & *de art.* 5. *rat.* 11. Zeelandi *de art.* 1. *de Elect. thes.* 8. & 10. & *de art.* 5. *th.* 1. *rat.* 1. Ultrajectini, *de art.* 1. *de Elect. ad thes.* 2. *rat.* 1. & *de art.* 5. *antithes.* 1. qi soli ad adultos restringere videntur. Frisici, *de art.* 1. *de Elect. Remonstr. paragr.* 2. & 3. & *error.* 1. *rat.* 1. & *error.* 4. *rat.* 1. *Et de art.* 5. *ad thes.* 5. *rat.* 6. Transissulani, *de art.* 1. *de Elect. ad antith.* 1. *h. k. m. o.* & *antith.* 7. ubi &, *omnes*, inquiunt, *verè justificati, actu Electi sunt.*] Groningenses & Omlandi, *de art.* 1. *de prad. ad thes.* 4. Drentani *de art.* 1. *thes.* 4. 10. 12. & 13. ubi, *regenerationem & sanctificationem ad solos Electos pertinere, tanqam Electionis fructus*,] asserunt. Gallobelgici, *de art.* 1. *de prædest. thes.* 3. 4. 7. & *de art.* 5. *thes.* 2. & 8. *fund.* 8.

Synodus ipsa Dordrechtana, uti producit *in art.* 1. *thes.* 7. ita *in rejection. th.* 2. Arminianos taxat, tanqam *avream hanc salutis catenam dissolventes.*]

Inculcant Collatores Hagienses, *ad thes.* 1. *propos.* 2. *rat.* 1. & 2 *Edit. Brand. pag.* 61. & *ad thes.* 5. *pag.* 344. Jo: Piscator, *Thes. Theolog. volum.* 4. *disp.* 11. *de prædest. q.* 8. Gvil. Estius *Orat. de certitud. salut. & persever. Sanct.*

Sanct. Amesius, *coronid. ad Coll. Hag. de artic. cap. 6. p.* 26,27,28,29. qo loco catenæ hujusce annulos singulos discutit accuratius. Ubi & Sect. 9. manifestò statuit, *justificatos omnes adipisci gloriam.*] Doctores & professores, *Marpurg. apud Zanch. in Miscell. l. 2. thes. 6. pag.* 75. Theologi Heidelberg. *vat. 1. ibid. pag.* 80. Pastores & professores Tigurini, *de Thes. 5. ibid. pag.* 86.

Jure merito itaqe *Thompsonus Diatrib cap. 5. locum* hunc *palmarium* indigetat; in eoqe idcirco vindicando diligentiam singularem adhibuit Abbotsius in *Thompsoni Diatrib. cap. 5.* idqe hoc fine, ut inde conclusionem hanc eliciat, *Nullum unqam reprobum fuisse justificatum.*]

Crocius denique *de perfever. sanct. lib. 3. cap.* 10. dissertationem suam verbis hisce clavdit, & qasi consignat; *Solidum stare volumus fundamentum illud. Quos vocavit, eos justificavit; Et qos justificavit, eos glorificavit.*]

Propos. 3. 2. Quod *Pontificios*, probatur, *nec ipsos posse inde argumentari, qia habitus fidei & charitatis, justitiamve, aut sanctitatem habitualem in baptismo dari, pro fidei dogmate non habeant.*

Resp. 2. Qid *Pontificii* hac in parte sentiant censeantve, haud multum interest. Qanqam Catechismus Tridentinus *Pii 5ti.* jussu editus in *Tit. de bapt.* inculcat subinde; *conferri in baptismo non remissionem tantum peccatorum, sordiumqe ablutionem; verùm & gratiam & justitiam, qâ regnetur in vitam.*] pag. 168. *Ornarique & repleri animam gratiâ divinâ, qâ adversus peccata muniamur futura.*] pag. 169. *qâ justi, deinqe filii, & salutis hæredes constituamur.*] pag. 179. *esse* denique *gratiam istam divinam qalitatem in animâ inhærentem.*] *ibid.*

Qin & Concilium ipsum *Sess. 7. de Sacram. proem. Per Ecclesiæ Sacramenta omnem veram justitiam, vel in-*

incipere, vel inceptam augeri, vel amiſſam reparari.] *Seſſ. 5. de peccat. orig. c. 5. per gratiam, quæ in baptiſmate confertur, tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet; non radi tantùm, aut non imputari.*] Quod ſi nihil adjectum fuiſſet, ſufficeret tamen ad probandum juſtitiam inhærentem ſtatui: cum peccatum & juſtitia in ſubjecto utriuſque capaci ſint contraria immediata; uti ex *Thomâ in quæſt. 28. de verit. art. 2.* rectè docet Bellarminus, de *juſtific. l. 2. c. 16. ad 3um.* nec totum id, quod veram peccati rationem habet, tolli poſſit, niſi ex animâ inhærens corruptela eximatur. Quod niſi ſanctificationis gratiâ infuſâ, & regeneratione actuali admiſsâ, qî fieri qeat, mihi ne cogitari qidem poſſe videtur. Verùm pergunt illi patres, eamqe à ſe *gratiam* deſignari docent, *qâ homo novus induitur, puritate baptizatus amicitur.*] Ut, qi hanc Concilii definitionem admittunt, ab exceptione illâ excluſi jure videantur. Videatur Bellarminus *de grat. & lib. arb. lib. 1. cap 3. & cap. 4 rat 3* qin & Whitakerus, *de bapt. q. 4. cap. 5. In Concilio Viennenſi & Tridentino definitum eſt, habitus harum virtutum,* (fidei, ſpei, charitatis) *infundi in baptiſmo.*]

2. Ut ut fuerit, & iſtis telum hinc arripere licebit, qo Apoſtolicæ illius catenæ nexus, ope noſtrâ in rem ſuam diſrumpant.

Propoſ 4 3. Qoad *Proteſtantes* idem probatur, *qia nec ipſi concedant gratiam regeneratricem in ipſo baptiſandi actu baptizatis infundi. Itaqe, non poſſe illos à baptizatorum in infantia defectione argumentari; cum fuiſſe eos unqam in ſtatu fidelium juſtificatorum, aut regeneratorum à receptis habitibus ſic dictorum, aſſerere non poſſint.*

At. 1. Non deſunt è *noſtris*, qi omninò id ſtatuant, *gratiam regeneratricem in ipſo actu baptizandi baptizatis infundi*; qiqe publicè pro concione hoc fidenter adfirmârint, (teſtis avritus ipſe denarro) adducto etiam

in

in dogmatis istius firmamentum, Reverendi Episcopi ipsius ex *comment in Col.* 2 13. testimonio; utpote qod pro se facere cumprimis opinentur. Et certè verba ipsa id ipsum præ se ferre videntur, qæ αὐτολεξεὶ sic ibidem concepta sunt. *Illa mortificatio & sepultura peccati, non solùm sacramentaliter uno momento peragitur in actione baptismi; sed realiter etiam per spiritum gratiæ in baptismo acceptum, per totam vitam Christiani obtenditur. Nam alia ratio est corporalis mortis, alia spiritualis. Prior gradus non habet, qia est pura privatio: qi ergò mortuus est, non potest magis ac magis indies mori. Sed hæc posterior est in fieri, non in facto* (forsan, *factum*) *esse: habet igitur suos progressus, ita ut qi mortuus est peccato, possit magis mori.* Qæ verba de *justificatione* avt *remissione peccati*, qæ gradus non admittit, non videntur posse intelligi Ut nihil adjiciam de membro opposito, qo *mortificationi* isti *resurrectio* & *vita nova* ἐκ τοῦ παραλλήλου subjungitur. Deniqe è *nostris* Lutherus, Melanchthon, Bucerus, Capito, &c. *in articulis concord.* à Bucero inter *oper. Anglic.* editis; *de bapt. Constat infantibus per baptismum contingere remissionem peccati originalis, & donationem Spiritus sancti, qi in eis efficax est pro ipsorum modo. Rejicimus enim errorem illorum, qi imaginantur infantes placere Deo, & salvos fieri sine actione aliqâ Dei, cum Christus clarè dicat, nisi qis renatus fuerit ex aqâ & spiritu non potest intrare in regnum Dei. Etsi igitur nos non intelligamus, qalis sit illa actio Dei in infantibus, tamen certum est, in iis motus novos & sanctos effiici; sicut & in Joanne in utero matris novi motus fiebant. Nam etsi non est imaginandum qod infantes intelligant, tamen illi motus & inclinationes ad credendum Christo, & diligendum Deum, sunt aliqo modo similes motui fidei & dilectionis.*] Melanchthon itidem in *loc. com. de Bapt. adv. Anabapt. arg.* 4. *De infantibus hoc satis est tenere. Spiritus sanctus per baptis-*

mum

num eis datur, qi efficit in eis novos motus, novas inclinationes ad deum, pro ipsorum modo. Nec id temerè affirmatur. Nam hæc certa sunt, recipi infantes à Deo per hoc ministerium; dari item semper cum remissione peccati Spiritum Sanctum, & neminem placere Deo nisi sanctificatum à Spiritu Sancto, sic clare i qit Christus Joan.3.5. 1 Cor.15.50.]

2. Qod *in habitibus qibusdam infusis regeneratio* statuitur, mihi certè id parùm verisimile videtur: nisi si forte *sanctam, & à vitio nativo purgatam* animæ facultatumq; ipsius *dispositionem*, quâ in statum primævum ea eæq; restituuntur, *habituum* nomine nuncupare libuerit. Vitio siqidem detracto, qod ex propaginis labe animæ ac facultatibus ejusdem adhæret, anima ipsa ad id omne pridem impotens planè, ad bonum qodvis jam, puta, Deum proximumqe diligendum, præcepta dei, ubi cognita fuerint, pro viribus suis exeqenda, promissiones, qamprimùm innotuerint, amplectendas, bona in jisdem promissa expectanda, &c. renovationis illius virtute & efficaciâ, (absqe *habitibus* istiusmodi *charitatis, fidei, spei*, &c. infusis, qale nescio qid qod *fœni avrei* nomine fictitio indigeant, protoplastis seorsm inditum somniant Pontificii, nostri pernegant) eousqe qatenus est hoc modo repurgata, habilis, atqe propensa efficitur. Possunt itaqe forsan *gratiam regeneratricem* in baptismo datam tueri, etiam qi habitus istiusmodi dari avt infundi tunc negaverint. Et reverâ eo ferè modo explicare se videntur Lutherus, Bucerus, &c. loco superiùs jam allato, ubi subjiciunt: *Hoc dicimus, cum infantes dicimus fidem habere, ideo enim sic loqimur, ut intelligi possit, qod infantes non fiant sancti & salvi sine actione divina in ipsis.*] Reverendus Episcopus ipse, *de justit. habituali. c. 3. q. 1. Per inhærentem justitiam intelligimus, supernaturale donum gratiæ sanctificantis, oppositum originali peccato, & in singulis animæ facultatibus reparans &*

re-

renovans illam dei imaginem qa per originale peccatum fœdata & dissipata fuit.]

3. Qod in *confessione Belgicâ* adducitur, *fidem nobis inditam nos regenerare*;] non video qt id propriè loqendo dici possit; cum regenerationis effectus potius qàm causa fides videatur, qin & regeneratio esse possit, fueritqe, ubi fides, actualis saltem, nondum exiterit. Patet in Baptistâ, ab ipso utero, Spiritu Sancto imbuto. Luc. 1.25. qem Greg. itaq; *Moral l.3.c.4. antequam nasceretur renatum*] affirmat. Et in electis omnibus, qi rationis usum nondum adepti, defunguntur, infantibus. Amesius *discept. scholast. cum Grevinchov.* p.18. adversus illud Grev. *Fides non pars est sanctitatis, sed radix*, &c. *Eadem ipsa fides, qa relativè justificat, est absolute gratia infusa, atq; sanctitatis pars non minima.*] Et, *Spiritus Sancti perfusionem, fidei, spei, charitatis, omniumqe virtutum radicem*] recte statuit Petr. Mart. *in* 1 *Cor.*7.14.

4. Si *justificationem* universaliter *in parvulorum baptismo conferri*, concedere nostri voluerint; etiam *sanctificationem* tunc dari admittant necesse est, nisi si à principiis ipsorum suis dissidere libuerit, & sibiipsis contradicere; cum unanimi consensu statuant hoc omnes nostri, dub illa nunqam, nusqam, fuisse, avt esse posse, à se invicem sejuncta. Calvinus *in* 1 *Cor.*1.30. *Ista gratiæ* (justificationem & sanctificationem dicit) *qas individuo nexu cohærent; ut qi eas separare nitatur, Christum quodammodo discerpat.*] Idem in *Antidot. Conc. Trid. ad sess.* 6.*c.*6. *Neqe tamen interea negandum est, qin perpetuò conjuncta sint, ac cohæreant res istæ, sanctificatio & justificatio. Fatemur ergo simul atqe justificatur qispiam, necessario innovationem qoqe fieri.*] Et *de ver. Eccles. reform. rat. Nunqam reconciliamur Deo, qin simul doceamur inhærente justitia.*] Beza in *qæst & respons. part.*1. *resp.*93. *Nemo imputatâ Christi justitiâ justificatur, qin ejusdem qoqe Spiritu sanctificetur.*]

cetur.] Zanchius *de natur. Dei* l. 3. c. 4. q. 14. sect. 3. *Ubi non est regeneratio, ibi locum non habet justificatio, & remissio peccatorum.*] *Ibid* l. 4. c. 2. q. 8. *Separari regeneratio a justificatione non potest.*] Lubbertus, *contr. Socin. part.* 4. *lib.* 4. *cap.* 4. *Palam confessi summa, & denuo confitemur, justificationem sine Sanctificatione esse non posse.*] Rever. Episcopus ipse, *in Col.* 2. 12. *Duo haec beneficia sunt semper nexa & juncta inter se.*] Et *ibid ad vers.* 13. *Sed & illud addendum, cum hac condonatione peccatorum, qa animam vivificat, intelligi simul oportere, connexam semper esse infusionem gratiae sanctificantis, qa etiam alio sensu vivificat. Cum enim peccatum remittitur, non reatus solus tollitur, sed voluntas deordinata per peccatum & occisa, per gratiam vivificatur & reordinatur. Infusio itaque gratiae semper conjuncta est cum hac condonatione culpae.*] Idemque *de justif. habit. c.* 3. *q.* 1. thesin hanc confirmandam proponit. *Donari, sive infundi, omnibus justificatis habitualem quandam, sive inhaerentem, justitiam.*] Eandemque variis è Sacrâ Scripturâ petitis argumentis clarissimè demonstrat. Videatur & Whitakerus *de Sacr. q.* 4. *c.* 3. *elus.* 2. *rat.* 1. *ad* 4*um.* infra exhibitus *ad part.* 2. *propos.* 1. *membr.* 2. *art.* 4. *sec* 2. *resp.* 2. Et Menacth. *in loc. com de Bapt. arg.* 4. supra adductus hic sec. 1.

Prop. 3. 4. *Quod Patres antiqui nec eadem aut charitatem habitualem, nec regenerationem propriè dictam, qa in conversione & nova creatione consistit, in baptismo infantium dari agnoscant.*

1. Vereor ut hoc usqeqaq; verum firmumq; sit. Siquidem 1. *Augustinus*; qi hic solus ferè adducitur (nam caeteri incertum nescio qid sonant) aliud forsan & ipse senserit. Siquidem in diversam planè partem, mihi saltem, concedere videntur, qæ subjecta istis representantur.

De bapt. contra Donat. l. 1 *c.* 1. *qid est renasci per baptismum, nisi à vetustate renov?*] *De*

De mor bus Manich c 35 Illo ſacroſancto lavacro inchoatur renovat o novi hominis ut proficiendo perficiatur, in aliis citiùs, n ali s tardiùs, &c.]

De pecc mer & rem l 1. c. 19 Originalis n iis egr tudo ſanatur, in ejus gratia, qi ſalvos fec t per lavacrum regenerat onis.] *Ibid c.18. Renaſci in Chriſto, qod per baptiſmum fieri voluit.*] Et *c.30. Cur naſcitur denno, n ſi renovandus? unde, n ſi a vetuſtate? qa vetuſtate, niſi in qa vetus noſter homo crucifixus eſt cum illo, ut evacuetur corpus peccati?*] Et *c. 27. qa parvulos baptizandos concedunt, concedant oportet, eos egere illis beneficiis mediatoris, ut oblati per ſacramentum charitatemq; fidelium, reconcilientur Deo, vt in illo vivi & ſalvi, vt liberati, vt redempti, vt illuminati fiant.*] *Ibid. l. 2 c. 7. non enim advertunt eo qoſq; fieri filios dei, qo eſſe incipiunt in novitate Spir tus, & renovari in interiorem hom inem, ſecundùm imaginem ejus qi creavit eos non enim ex qa hora qiſq; bapt zatur, omnis vetus ejus infirm tas abſumitur, ſed renovat o incipit à remiſſione omn um peccatorum,* &c. *Nam in baptiſmo qamvis plena et tota fiat remiſſio peccatorum, tamen ſ continuo tota et plena etiam homin s in æternam vitam mutat o fieret, non diceret Apoſtolus. Etſi exterior noſter homo cor umpitur, ſed interior renovatur de die in diem.*] Et *l. 2. c. 27.* (qod & iſtic adducitur) *Illud præcipue attendere ac meminiſſe debemus, tantummodo peccatorum omnium plenam perfectamq; remiſſionem baptiſmo fieri: hominis vero ipſius qalitatem, non totam continuo mutari; ſed ſpirituales primitias in bene-proficientibus, de die in diem novitate creſcente, commutare in ſe qod carnaliter vetus erat, donec totum ita renovetur, ut animalis etiam infirmitas corporis ad firmitatem ſpiritualem incorruptionemq; perveniat.*] (Eam ſcil. intelligit *regenerationem* & *renovationem*, in reſurrectione tandem futuram, de qâ illud Math. 19.28. intelligunt Ambroſ. *in Eſajam* citante Auguſtino. *ad 2. Epiſt. Pelag.*

Pelag. lib. 4. cap. 11. & adv. Julian. lib. 2. cap. 11. Auguſtinus ipſe *ad Ep. Pelag lib 3. cap. 3.* Bernardus *de bonis deſer.* Beza, Piſcat. *in Locum)* Idem *ibid. l 2 c. 28. Non ſic manet peccatum in membris eorum, qi ex aqâ & Spiritu renati ſunt, tanqam non ſit plena facta remiſſio, ubi omninò plena & perfecta ſit remiſſio peccatorum, &c. ſed manet in vetuſtate tanqam ſuperatum & peremptum, ſi non illicitis conſenſionibus qodammodo reviviſcat, & in regnum proprium dominationemqe revocetur. Ab hâc autem vetuſtate carnis, in qâ eſt lex iſta peccati, vel peccatum jam remiſſum, uſqe adeò Spiritus vitâ diſcernitur, in cujus novitate baptizati per dei gratiam renaſcuntur, ut parùm fuerit Apoſtolo dicere, tales non eſſe in peccato, niſi etiam diceret, in ipſa eos carne non eſſe, antequam ex hâc mortali vitâ migrarent.*] Idem *de nupt. & concupiſc. lib. 1. cap. 33. Sic accipiendum eſt,* (qod Eph. 5. 26.) *ut eodem lavacro regenerationis, & verbo ſanctificationis, omnia prorſus mala hominum regeneratorum mundentur atqe ſanentur.*] Idem *Epiſt. 23. Aqa igitur exhibens forinſecùs ſacramentum gratiæ, & Spiritus operans intrinſecùs beneficium gratiæ, ſolvens vinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerant hominem in uno Chriſto, ex uno Adam generatum.*] Et poſt; *Ideo ſemel perceptam parvulus Chriſti gratiam non amittit, niſi propriâ impietate, ſi ætatis acceſſu tam malus evaſerit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, qa non regeneratione, ſed aliâ curatione ſanentur.*] Et *Epiſt. 57. Dicimus ergo, in baptizatis parvulis, qamvis id neſciant, habitare Spiritum Sanctum. Sic enim eum neſciunt, qamvis ſit in eis qemadmodum & neſciunt mentem ſuam; cujus in iis ratio, qâ uti nondum poſſunt, velut qædam ſcintilla ſopita eſt, excitanda ætatis acceſſu.*] Et poſt; *Habitare autem idcò & in talibus dicitur, qiæ in iis occultè agit, ut ſint templum Dei, idqe in proficientibus & proficiendo perſeveramibus perficit.*]

Et mox: *Illa sanctificatio, quâ efficimur templa dei, non est nisi renatorum; quod nisi nati homines esse non possunt.*] Idem *in Levit. q. 84. Nam sine istâ sanctificatione invisibilis gratiæ, visibilia Sacramenta quid prosunt?*] Idem *in Joan. 15. 3. homil. 80. quare non ait, Mundi estis propter baptismum, qo loti estis: sed ait, per verbum, quod locutus sum: nisi qia & in aquâ verbum mundat? detrahe verbum, & qid est aqa nisi aqa? accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum, etiam ipsum tanqam visibile verbum.*] Idem *de Cataclysm. cap. 3. Non enim omnis aqa mundat, sanctificatur per consecrationem verbi. Tolle enim verbũ, & qid est aqa nisi aqa? accedit verbum & fit Sacramentum. Virtus verbi per aqam mundavit nos.*] Idem *de Trinit. lib. 5. cap. 16. Pater noster esse incipit, cum per ejus gratiam regeneramur, qoniam dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Substantia itaqe nostra mutatur in melius, cum filii ejus efficimur, simul & ille pater noster esse incipit, nulla commutatione substantiæ suæ.* Et *Ibid l. 14 c. 16. Fit ergò ista renovatio reformatioqe mentis secundùm Deum, vel secundùm imaginem Dei.*] Et *cap. 17.* (qod tanqam ex *lib. 15.* hìc adducitur) *sanè ista renovatio non momento uno fit ipsius conversionis, sicut momento uno fit illa baptismi renovatio remissione omnium peccatorum: sed qemadmodum aliud est carere febribus; aliud ab infirmitate, qæ febribus facta est, revalescere; itemqe aliud est infixum telum de corpore demere; aliud vulnus, qod ab eo factum est secundâ curatione sanare: ita prima curatio est causam removere languoris, qod per omnium fit indulgentiam peccatorum, secunda ipsum sanare languorem, qod fit paulatim procedendo in renovatione hujus imaginis.*]

1. Agnoscit his in locis Augustinus in baptismo fieri *originalis ægritudinis sanationẽ, à vetustate renovationẽ, veteris hominis crucifixionem, mentis illuminationem, refor-*

reformationem, imaginis divinæ reſtavrationem, peccati in membris peremptionem, dominii ejuſdem abrogationem, gratiæ divinæ perceptionem, Spiritus Sancti inhabitationem, ſanctificationis inchoationem, ſubſtantiam denique in melius mutatam, & naturæ bonum reconciliatum. Qæ mihi clariſſimè id deſignare videntur, qod ex Avguſtini ſententiâ in baptiſmo dari negatur, *regenerationem* nimirum proprie dictam, & *novam creationem.*

2. Nec adverſari prorſus iſtis videntur illa, qæ ex *Avguſtino* iſtic proferuntur. Siqidem vel de *fide & converſione actuali*, an *activâ*, dixerim, qæ liberi arbitrii uſum ſupponit; vel de *regeneratione & renovatione conſummatâ*, qam ſolam diſertè excipiunt, intelligi debere videntur.

Ex priore genere eſt;

1. Locus ille ex *Epiſt.* 23. ubi *fides actualis* tantùm à voluntatis actu procedens & profluens in parvulis negatur. Qod nihil impedit tamen qo minus, verè poſſint regenerari; qod eſt caput controverſiæ.

2. Locus ex *lib.* 4. *contr. Donat. cap.* 24. & 25. loqitur de *converſione cordis actuali* tantùm, qam non magis dicit à parvulis exigi, qàm vel, *ut corde credant ad juſtitiam, vel ore confiteantur ad ſalutem.*] Alioqi *cordis converſio habitualis*, ſive *formalis* potiùs, aliqa deeſſe qî poteſt, ubi *homo vetus crucifigitur, peccati regimen imminuitur, naturæ bonum reconciliatur, templum Spiritui Sancto atqe habitaculum extruitur?* Nam qod ſubjungitur, tanqam ab *Avguſtino* dictum, qod ex verbis tamen ipſius hîc adductis non neceſſariò elicitur. *Defectum cordis converſi, mutati, ſeu regenerati, reatu parvulos non involvere, qia non ex voluntate eorum deeſt, ſed ex ætate;*]

1. Nimium favere videtur dogmati illi, qod de vitii originalis reatu in univerſum ſublato, Arminianis, falſum qibuſdam, adſcribitur.

2. Tam non baptizatis, qàm & baptizatis, tamqe nondum baptizatis, qàm jam baptizatis competit.

3. Juſtificationem à ſanctificatione divellit, qod, ſi Calvinum avdimus, eſt *Chriſtum ipſum diſcerpere:*

4. Reatus remiſſionem ibi ſtatuit, ubi peccatum ipſum regnum adhuc pleniſſimum obtinet.

Poſterioris generis ſunt loca illa, *de peccat. Mer. & rem lib.2 cap.27. & de Trinit. lib.15.* (vel 14. potius) *cap.27.* qibus Avguſtinus non *in plenariâ tantùm remiſſione peccatorum parvulorum* ſtatuit, (qod hîc aſſeritur) *regenerationem*; veteris Adami abolitionem omnem, & ad novi imaginem creationem, ad annos maturiores prorsùs ablegat: verùm hoc duntaxat aſſerit; non iſtam, ut illam, plenariam dari. Qis avtem ſic ratiocinantem ferat? *Negat Avguſtinus, totam plenamqe hominis, ſev qalitatis, mutationem in baptiſmo continuò fieri. Ergò nullam omninò mutationem & renovationem hominis ſive qalitatis, in baptiſmo fieri agnoſcit.* Avt qis non contra potius ſic ratiocinetur? *Totam plenamqe negat, aliqam ergò agnoſcit*, avt *nullu ſaltem diffitetur.* Qod verbis diſertiſſimis in locis ſuprà poſitis, non admittit duntaxat, ſed adfirmat etiam. Qin & hoc ipſo, qi offertur loco, *primitiias*, (non *remiſſionis*, qam priùs *totam plenamqe, dari* dixerat, ſed unâ cum remiſſione illâ) *novitatis* conferri illius, in qâ deinceps profectus fiat, donec & ipſa tandem per profectus illius gradus, ad perfectionem perveniat. Qod & idem dicendum de eo, qod *morbum ipſum, tanqam febrem*, qoad *dominium* ſcil. (ut ipſe ſe exponit, *de pecc. mer. & rem lib. 2. cap. 38.*) *Sublatum & peremptum, nec tamen langvorem omnem penitùs amotum*, adfirmat.

2. *Gregorium Nazian.* qod attinet, nihil clarè loqitur in adducto teſtimonio, qod huc faciat. Habet ibidem

dem, qod in contrarium potiùs concedat. Verba avtoris sic se habent. Ubi de homine lapso, perqe hominis lapsum divinæ imaginis imminutione, locutus fuerat: ὐκ ἄφελο δέν (inqnit) ἀβοήθηλον καλαλιπεῖν τὸ ἴδιον τῦ πλάσμα ὁ δεσπότης, ἐδὲ περιδεῖν κινδυνεύσασι τὴν ἀπ' ἀὐτῦ διάπλασιν. ἀλλ' ὥσπερ ὐκ ὄνλας ὑπέσησεν, ὄυτω ἰασάμενος ἀνέπλασε, πλάσιν θειοτέραν τε καὶ τῆς πρώτης ὑψηλοτέραν. ἢ τοῖς μὲν ἀρχομένοις ἰσὶ σφραγὶς, ἰοῖς τελειοτέροις τὴν ἡλικίαν ϗ χάρισμα, ϗ τῆς παθέσης εἰκόνος διὰ τὴν κακίαν ἐπανόρθωσις, ἵνα μὴ τῇ ἀπογνώσει χείρες γινόμενοι, ϗ ἀεὶ πρὸς τὸ χεῖρον καλαφερόμενοι, τελέως ἔξω τῦ καλῦ ϗ τῆς ἀρετῆς δι' ἀπόγνωσιν πίπλωμεν, μηδὲ εἰς κακῶν βάθος ἐμπεσόντες καλαφερομένων. ἀλλ' ὥσπερ οἱ μαλερὰν ὀδὸν τύπονλες καλανύσαλιτὲς πόνες διαναπαύσανλες, ἄυτω τὸ ἑξῆς ἴης ὁδῦ νεαρὸι ϗ περίθυμοι διανύσομεν. ἄυτη μὲν ἡ τῦ βαπλίσμαλος χάρις ϗ δύναμις, ἡ κόσμος καταπλυσμὸν, ὡς πάλαι, τῆς δὲ τῦ καθ' ἕκασον ἁμαρλίας κάθαρσιν ἴσχυσα ϗ παντελῆ ῥύψιν τῶν ὑπὸ κακίας ἐπεισελθόντων τῷ συγχωσμάτων ἢ μολυσμάτων. διτλῶν δὲ ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω ϗ σώματος, ϗ τῆς μὲν ὀρατῆς, τῆς δ' ἀοράτυ φύσεος, διτλὴ ϗ ἡ κάθαρσις, δι' ὕδατός τε, φημι, καὶ πνεύματος. τῷ μὲν θεωρητῶς τε ϗ σωματικῶς λαμβανομένῳ, τῷ δ' ἀσωμάτως ϗ ἀθεωρήτως συντελέχοντος. ϗ τῷ μὲν τυπικῷ, τῷ δὲ ἀληθινῷ, ϗ τὰ βάθη καθαίροντος, ὅ τῆς πρώτης γενέσεως ἔπαυλεῖα τυγκάνον, καινὸς. ἀντὶ παλαιῶν, ϗ θεοπλάστε αὖτὶ νῦν ὄντων ἐργάζεται, ϗ χωεὶς πυρὸς ἀναχωνεύων, ϗ ἀναπλίζον δίκα συντείψεως.] Qo loco agnoscit Gregorius Baptismum in genere esse *ἀνάπλασιν*, sive *Divini plasmatis reformationem ad formam diviniorem sublimioremqe etiam, qàm primæva illa fuerat.* Esse autem *reformationem istam baptismalem vitæ istiç degendæ cursum noviter adhuc ingressis* (rationis scil. usum imprimum aut nuperrime adeptis; neqe enim de infantibus adhuc qicqam agere videtur) *sigillum, qo muniantur nimirum adversus mala culpæ futura, & virtutum munera acqirant,* (idem vult qod Basil. Serm. 13.

de bapt. Νέος ἔι; ἀσφάλισαι τῆν νεότητα τῷ τοῦ βαπτίσματος χαλινῶ. παρέδραμεν ἡ ἀκμὴ; μὴ ζημιοθῆς τὰ ἐφόδια, μὴ ἀπλέσης τὸ φυλακτήριον. μὴ περὶ τῆς ἐνδεκάτης, ὥς περὶ πρώτης, διανοοῦ. ὅπουγε προσήκει καὶ τὸν ἀρχόμενον τοῦ βίου, ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν τὸν τελευτήν.]) *provectioribus verò qi in studio hoc sunt longiùs progressi, pluribusque ideò peccatis & prævaricationibus obstricti, charisma.* i. *perperam gestorum omnium condonationem gratuitam;* quemadmodum τὸ χαρίζεσθαι usurpavit Apostolus Eph. 4.32. & Col.3.13. & τὸ χάρισμα, Rom. 5. 15, 16. Et exponit Clemens Alex: *Pædag.l.1.c.6.* Sed & Greg. ipse tum illic, in istis, χάρισμα, ὡς ὀφείλουσι, tum in *orat. in Gorgoniam*, de qâ hæc habet. Αὐτῇ μὲν οὖν ὑπόγυιον τὸ τῆς καθάρσεως καὶ τελειώσεως ἦν ἀγαθὸν, ἣν κοινὴν δωρεὰν, καὶ δευτέρου βίου κρηπίδα παρὰ Θεοῦ πάντες λαβόντες ἔχομεν. μᾶλλον δὲ πᾶς ὁ βίος κάθαρσις ἦν αὐτῇ καὶ τελείωσις. καὶ τὸ μὲν τῆς ἀναγεννήσεως εἶχεν ἐκ τοῦ πνεύματος. τὸ δὲ ἀσφαλὲς ταύτης ἐκ τῶν προβεβιωμένων. καὶ μόνῃ σχεδὸν, ἵν' εἴπω τολμήσας, σφραγὶς, ἀλλ' οὐ χάρισμα ἦν τὸ μυστήριον.] Consalus ad *Epiphan.Physiolog.c* 5. χάρισμα *ad peccatorum condonationem spectat;* σφραγὶς *ad virtutum, qas qasi obsignat, sigillat, servat, & confirmat, acqisitionem. Vult Gorgoniam ante baptismum tam piè vixisse, ut baptismus illi non tam esset* χάρισμα, i. *peccatorum, qibus non admodum erat infecta, condonatio; qam* σφραγὶς, i. *Virtutum, qas ante acqisierat, sigillum.*] Vide & Billium. Eisdem *figmenti divini, qod per mala plurima ab iis perpetrata jam ampliùs depravatum est, restavrationem, & qasi in diversorio qodam refectionem & reqiescentiam post emensas jam laboriosas & anfractuosas, unde lassitudinem contraxerint, peccatorum suorum semitas.*] Ita *baptismum* in universum statuit esse & *imaginis instavrationem*, qod exordio monuit, & *vitii pravitatisqe omnis emundationem & abstersionem, hominisqe totius qasi recoctionem & recreationem,* qod in periochæ istius exitu posuit. Qin & deinceps

ubi

ubi de parvulis & infantulis agit ex professo, etiamsi baptismum eousqe differri consulat, ἡνίκα καὶ ἀκοῦσαί τι μυστικὸν, καὶ ὑποκρίνεσθαι δυνατόν.] *Dum spirituale aliqid percipere & profiteri, de mysterii usu aliqid doceri, fideiqe suæ confessionem aliqam edere possint;*] tamen, *si qod discrimen ingruat maturiùs iisdem baptismum concedit.* χρεῖσσον γὰρ, *inqit*, ἀναισθήτως ἁγιασθῆναι, ἢ ἀπελθεῖν ἀσφράγιστα καὶ ἀντέλεστα.] Qibus verbis etiam in parvulis adhibito baptismo, *sanctificationem, obsignationem, consecrationem* disertè tribuit. Adjici poterant, qæ ineunte *oratione de baptismate* effatus fuerat. Esse nimirum σκότους κατάλυσιν, φωτὸς μετουσίαν, ψυχῆς λαμπρότητα, σαρκὸς ἀπόθεσιν, πνεύματος ἀκολούθησιν, ἁμαρτίας κατακλυσμὸν, πλάσματος ἐπανόρθωσιν, συνθέσεως μεταποίησιν, νοῦ τελείωσιν, βίου μετάθεσιν.] &c. qæ ibidem ille congessit, nullo facto de parvulis adultisqe discrimine. Qo etiam in loco; τρισσὴν, *inqit*, γέννησιν ἡμῖν οἶδεν ὁ λόγος, τὴν ἐκ σωμάτων, τὴν ἐκ βαπτίσματος, τὴν ἐξ ἀναστάσεως. τούτων δὲ ἡ μὲν νυκτερινή τε ἐστι καὶ δούλη, καὶ ἐμπαθής. ἡ δὲ ἡμερινὴ καὶ ἐλευθέρα, καὶ λυτικὴ παθῶν, πᾶν τὸ ἀπὸ γενέσεως κάλυμμα περαιτέμνουσα, καὶ πρὸς τὴν ἄνω ζωὴν ἐπανάγουσα.] Et mox de ritus hujusce appellationibus, Δῶρον καλοῦμεν, χάρισμα, βάπτισμα, χρίσμα, φώτισμα, ἀφθαρσίς ἔνδυμα λουτρὸν παλιγγενεσίας, σφραγῖδα.---δῶρον μὲν, ὡς καὶ μεδὲν προεισενεγκοῦσι διδόμενον. χάρισμα δὲ, ὡς καὶ ἐφείλουσι. βάπτισμα δὲ, ὡς συνθαπτομένης τῷ ὕδατι τῆς ἁμαρτίας. χρίσμα δὲ, ὡς ἱερὸν καὶ βασιλικόν. φώτισμα δὲ, ὡς λαμπρότητα. ἔνδυμα δὲ, ὡς αἰσχύνης κάλυμμα. λουτρὸν δὲ, ὡς ἔκπλυσιν; σφραγῖδα δε, ὡς συντήρησιν, καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν.]

3. Hieronymus qid velit, havd facilè ego dixerim: forsan nec ipse, qid vellet interrogatus, si in vivis jam esset, expeditè satis edissereret. *Si baptismus*, inqit, *statim justum faceret, & omni plenum justitiâ, neqaqam utiqe Apostolus neophytum refutaret. Sed baptismus vetera peccata conscindit; novas virtutes non*

tribuit : dimittit è carcere ; & dimiſſo, ſi laboraverit, præmium pollicetur.]

Certe enigmata nobis, Hieronyme, loqeris. ſiquidem.

1. *Baptiſmus*, inqis, *vetera peccata conſcindit.*] Verùm peccata, qocunqe, tu modo intellexeris, conſciſſa niſi qis habuerit, priuſqam ad baptiſmum acceſſerit, nunqam illi conſciſſa baptiſmus exhibebit. Certe in adultis omnibus, baptiſmum rite adeuntibus, ante baptiſmum ſuſceptum conſciſſa jam ſunt.

2. *Vetera*, inqis, *peccata conſcindit, novas virtutes non tribuit.*] Ergone peccata ibi alicui conſcinduntur, ubi nulla adhuc virtus nova? nova ſane doctrina hæc; nec Apoſtolicæ tantùm Col. 2. 13. ſed & Chriſti etiam Joan. 3.3.5. adverſa.

3. *Dimittit ne è carcere*, (duntaxat) *nec dimiſſo, donec laboraverit, præmia* (qod tu innuis) *pollicetur?* qid? ſi qis à fonte ſacro percepto ſtatim expiraverit, an omnis prorſus ad præmia cœleſtia aditus illi occludetur? At renatis qibuſqe regnum cœlorum is eſt pollicitus, Joan. 3. 3. 5. cujus in manu illud eſt & præſtare.

4. *Neophytum* non *rejicit Apoſtolus*, avt qia nondum eſt *omni plenus juſtitiâ*, avt etiam qia nulla adhuc virtute novâ imbutus eſt, qam ſi nullam omninò adeptus fuerit, nec *neophytus* verè dicendus eſt, ſed ne repentè ad tantum faſtigium evectus faſtu atqe ſuperbia corripiatur. Ut cum Apoſtolus ibidem, tum & Hieronymus ipſe in *epiſt. ad Oceanum.*

Verùm Hieronymum cum Hieronymo ipſo committamus. Mitto qod illud Eſaj. 1.16 *Lavamini, mundi eſtote*; de *lavacro regenerationis* exponit, *qo baptizantur fideles in ſanguine, qod victimarum & holocavſtorum omnium loco, deo jam placeat, qod ſolum peccata dimittere poteſt, juxta illud Domini* Joan. 3.5.] mitto

&

& illud *in Eſaj.* 4. 4. ubi illud Math. 3. 11. exponens, *Ex qo diſcimus*, inqit, *quod homo tantum aqam tribuit; Deus autem Spiritum Sanctum, qo ſordes abluuntur, & ſanguinis peccata purgantur.*] Qod huc tamen nonnulli trahunt. Nec non qod *in Ezek.* 1. 1. *Baptiſmatis potextiam monſtravi: qod & Apoſtolus Paulus ab Anania lotus in Domino, tegentibus prius oculos ejus ſqamis, carnit cœcitate: & in Geneſi, prima qæ viverent, de aqis egreſſa ſunt.*] Idem ille *in Ezech.* 36. 26. Ubi, qod de populo Dei mundando dicitur, de *aqâ mundâ baptiſmi ſalutaris* interpretatus fuerat. Sed & illud Pſal. 51. 10. *Et conſiderandum*, inqit, *qod cor novum, & ſpititus novus detur per effuſionem aqe.*] Et *in Ezech.* 37. *In baptiſmate Chriſti dudum ſeparata ſociantur, ut fiant in unum novum hominem.*] Idem & *in Epiſt. ad Ocean.* Carterii cavſam cum adverſario neſcio qo diſceptans, *Qæſo*, inqit, *te ut reſpondeas. Baptiſmus hominem facit novum an non? Vix dedit, qod novum faceret. Gradatim intuli: Ex toto novum facit, an ex parte? Reſpondit, Ex toto: deinceps interrogavi: Nihil ergo veteris hominis in baptiſmate reſervatur? Movit caput. Cepi protinùs texere; Si baptiſmus novum hominem facit, & ex toto novum creat, nihilqe in eo veteris hominis reſervatur, non poteſt novo imputari, qod in veteri qondum fuit.*] Poſteà ibid. *Aqarum laudes & baptiſmi prædicemus: Rudis mundus, necdum ſole rutlante, nec pallente luna, nec aſtris micantibus, incompoſitam & inviſibilem materiam, abyſſorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat. Solus Spiritus Dei, in avrigæ modum ſuper aqas ferebatur, & naſcentem mundum in figurâ baptiſmi parturiebat. — Primum de aqis qod vivit egreditur, & pennatos fideles de terrâ in cœlum levat. Fabricatur homo de limo, & inter manus Dei aqarum Sacramenta verſantur. — Nicodemo Chriſtus dicit occultè, Niſi qis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrare*

eum

eum in regnum cœlorum.-- Eunuchus lectione propheticâ Christi baptismati præparatur. Mutat Æthiops pellem suam, & Pardus varietates suas.-- Audiamus & Ezechielem. Assumam vos de gentibus, & aspergam super vos aqam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris: & dabo vobis cor novum, & Spiritum novum, Ab omnibus, inqit, mundabo vos sordibus. In omnibus nihil prætermittitur.-- Dabo vobis cor novum, & Spiritum novũ. In Christo enim Jesu, neq́, circumcisio aliqid valet, neq́, præputium, sed nova creatura. Toties novitatem legimus? -- Consepulti sumus Christo in baptismate, & resurreximus per fidem operationis Dei, qi suscitavit eum à mortuis; cumq́, essemus mortui in delictis & præputio carnis nostræ, convivificavit nos cum illo.-- Dies me deficiet, si cuncta, qæ ad potentiam baptismi pertinent, de Scripturis Sanctis voluero digerere, & nativitatis secundæ, imo in Christo primæ ponere Sacramenta.]

Idem *adversus Ruffin. Apolog.* 1. *Audio objici mihi a Chrysogono, cur in baptismate dixerim universa peccata dimitti; & mortuo bimarito novum virum in Christo resurgere.-- Audiat nos iterum proclamantes: veterem Adam in lavacro totum mori, & novum cum Christo in Baptismate suscitari; perire choicum, & nasci supercœlestem.*] Idem *adverſ. Luciferian.* Ubi de Joannis baptismo qæstionem proposuisset. *Qid est hoc, qod Joannes in baptismate suo aliis Spiritum Sanctum dare non potuit, qi Christo dedit? Joannes Domini præcursor, plusqam propheta, &c. Spiritũ Sanctũ non dedit, qem Philippus Eunucho dedit? -- Iste talis tantusq; Spiritum Sanctum non dedit, qem Cornelius centurio antequam baptizaretur accepit? Respondeo, qæso, cur non dederit? sed ignoras. Audi qid Scripturæ doceant: Joannis baptisma non tam peccata dimisit, qam baptisma pœnitentiæ fuit in peccatorum remissionem. i. in futuram remissionem, qæ esset per sanctificationem*

Christi

Chriſti ſubſecutura.-- Ut enim antepræcurſor domini ipſe, ſic & baptiſma ejus prævium dominici baptiſmatis fuit. Qi de terrâ eſt, ajebat, terrena loqitur. At qi de ſupernis venit, ſuper omnes eſt. Et iterum, ego baptizo vos in aqa, ille baptizabit vos in Spiritu. Si avtem Joannes, ut confeſſus eſt ipſe, non baptizavit in Spiritu, conſeqenter neqe peccata dimiſit, qia nulli hominum ſine Spiritu Sancto peccata remittuntur. Avt ſi contentioſe argumentaris, ideo Joannis baptiſma dimiſiſſe peccata, qia de cœlis fuit, edoce qid amplius in Chriſti baptiſmate conſeqamur. Qod peccata dimittit, liberat à gehennâ: qod à gehennâ liberat, perfectum eſt, perfectum avtem baptiſma non eſt, niſi qod in cruce & reſurrectione Chriſti eſt.-- Qorſum iſta tendit aſſertio? viz. ut non tibi durum videatur, ſi hi qi à Joanne futrant bpatizati, poſtea per impoſitionem manus Apoſtolorum ſint Spiritum Sanctum conſecuti, cum conſtet eos ne peccatorum qidem ſine ſubſecutura fide remiſſionem conſecutos.] At durum certe valde videtur, prædicâſſe Joannem ſcil. pœnitentiam in remiſſionem peccatorum, qam illa tamen neutiqam indipiſceretur. Nec minus durum, avt pœnitentiam illam, qam prædicabat ille à fide fuiſſe ſejunctam, cum fidem unâ cum pœnitentiâ eum conſtet prædicâſſe, Act. 19. 4. avt fidem atqe pœnitentiam Joannis avditores citra Spiritus Sancti opem operamqe conſecutos: ne adjiciam Spiritus Sancti dona extraordinaria, qæ per Apoſtolorum χειροθεσίαν collata ſunt. Act. 19. 6. & 8. 17. confundi perperam cum Spiritus Sancti virtute *ſanctificâ & ſalvificâ*, ſi cum Tertulliano loqi liceat, qæ fidelibus univerſis communicatur. Qam avtem futilia ſunt iſta, etiamſi tanto cum faſtu typhoqe proferantur, nemo fere non facile videat. Sed pergamus. Idem *ibid. Baptiſma Chriſti ſine Spiritu Sancto nullum eſt.*] Et mox: *Spiritus Sanctus niſi mundâ fidē (ſedē t) non incolit, nec habitator ius templi efficitur, qod antiſtitem non habet veram fidem.*

dem.-- Qem (Spiritum Sanctum ſcil) *nos aſſerimus in vero baptiſmate tribui.*] Et poſt; *niſi forte Evnuchus a Philippo Diacono baptizatus, ſine Spiritu Sancto fuiſſe credendus eſt, de qo Scriptura ita loqitur, Et deſcenderunt ambo in aqam: Et baptizavit eum Philippus. Et cum aſcenderet ab aqâ, Spiritus Sanctus venit in Evnuchum.*] Qanqam iſtud revera non legitur. Qin & idem operis ejuſdem *adv. Pelag. l.* 3. *Si fieri poſſet ut ſemper aqæ baptiſmatis merſos tenerent, volitantia nos deſuper peccata non tangerent, Spiritus Sanctus tueretur.*] Et mox; *Fuc aliqem baptizatum, vel ſtatim, vel in ipſis diebus morte ſubtractum, & concedam tibi, qod concedere non debeo, nec cogitâſſe aliqid, nec loqutum, in qo errore & ignorantia laberetur. Num ideo ſine peccato erit, qia videbitur non ſuperaſſe, ſed fugiſſe peccata; ac non potius qia dei miſericordia, de peccatorum carcere liberatus, migravit ad Dominum?*] Qam bellè iſtis cum prioribus illis convenit? Ubi *fides vera, ſedes munda* habetur, ubi *Spiritus Sanctus* ipſe tribuitur, ibi *nulla* tamen *virtus nova donatur?* Ubi *cor novum, Spiritus novus, totus homo novus, nova natura, nova creatura, nihil non novum, toties novitas*, ut ipſe loqitur, & nulla tamen *virtus nova?* ſcil. ſine novâ virtute aliqâ, homo renaſcitur, refingitur, vivificatur, totus renovatur. Sed & baptiſmus, qi illic non niſi poſt labores & ſudores adjectos, præmia pollicetur, hîc tinctum confeſtim ad cœlum levat, defunctum ſtatim à tinctione ad præmia illa tranſmittit. Verùm qid tu ab illo ſani expectes, qi tam turpiter in iſtis halucinatur? qid ab illo certi, qi ænigmatibus involvit omnia, & ſibi ipſi toties tam diſerte contradicit? Horatianum nimirum illud paſſus,

Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor.

Qod ut ut in poetâ avt rhetore veniam admittat, in theologo certè minime ferendum videtur. Hinc in iis qæ adverſus Pelagianos & Luciferianos conſcripſerat, diſputationis

diſputationis æſtu, & contradictionis ſtudio abreptus, qid proferat parum penſi habet, modo adverſarium vel eludat, vel elidat: idqe baptiſmo detrahit, qod alibi eidem concedit ipſe. In iis verò, qæ ad Oceanum pro Presbytero Hiſpano dedit, rhetorem agens, qód & diſerte profitetur, ingenii ubertatti nimius indulget, & baptiſmo nihil ferè non tribuit; ſecurus interim, qid de eis fiat; qæ aliis in locis ipſe ſtatuerat.

Ne avtem viro tanto hac in parte injuriam videar irrogâſſe, hoc & in aliis argumentis eſſe Hieronymo ſolenne obſervârunt me priores Eraſmus in *cenſuris*, Cunæus *de repub. Heb. l.* 3. *c.* 5. Et alii. Unicum duntaxat, qod pro reliqis omnibus ſufficiat, exemplum proponam In *Epiſtolâ* ſub *Euſtochij & Marcellæ* nominibus *ad Pavlam* ſcriptâ, multis illam ut ad Bethlehem commigret, argumentis invitat. Contra Pavlino Hieroſolyma cogitanti, iter illud rationibus adverſis diſſvadet, ſuaq; ipſe, ſibi jam contrarius, argumenta omnia diluit.

Proinde Hieronymi de baptiſmi efficaciâ ſententiam ſi exqirere libuerit, tantiq; cenſeatur, ut de ea fuerit laborandum, ex commentariis potiſſimùm eam elicere oportebit, ubi ſedata mente, citra affectus æſtuſq; illos vel eriſticos vel rhetoricos, agit. Porro in *commentariis*, hoc de negotio qid ſtatuat, ex adductis ſupra liqidò conſtare poterit; qibus & coronidis loco adjicere licuerit qæ idem habet *in Galat.* 3. 26. *qomodo filii Dei per fidem qæ eſt in Chriſto Jeſu, naſcamur, oſtendit, dicens. Qicunq; enim in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.— Si igitur, qi in Chriſtum baptizati ſunt, Chriſtum induerunt; manifeſtum eſt eos, qi non ſunt induti Chriſtum, non fuiſſe baptizatos in Chriſto. Si qis hoc corporeum & qod oculis carnis aſpicitur, aqa tantum accipit lavacrum, non eſt indutus Dominum Jeſum Chriſtum. Nam & Simon Magus acceperat lavacrum*

lavacrum aqæ: verùm qia Spiritum Sanctum non habebat, indutus non erat Christum. Et hæretici & hypocritæ, & hi qi sordide victitant, videntur qidem accipere baptismum; sed nescio an Christi habeant indumentum. Itaq; consideremus, ne forte & in nobis aliqis deprehendatur, qi ex eo qod Christi non habet indumentum, arguatur non baptizatus in Christo. Cum avtem qis semel Christum indutus fuerit & missus in flammam Spiritus Sancti ardore canduerit, non intelligitur avrum sit an argentum. Qam din calor massam sic possidet, unus ignens color est.]

Qid hoc est aliud qam qod Avgust *de Bapt. cont. Donat. l.5.c.14. Induere homines Christum, aliqando usq; ad Sacramenti perceptionem, aliqando usq; ad vitæ sanctificationem. Primum illud bonis & malis esse commune, alterum hoc proprium bonorum & piorum.*]Ac qænam avt *fides*, per qam *filii* Dei fiant, avt *nativitas*, per qam eidem nascantur, avt *Spiritus Sancti perceptio*, avt *vitæ sanctificatio*, avt *Christi indutus*, avt *animi conflatus*; qæ *baptismo* istic tribuuntur omnia, sine *nova* utiq; *virtute* aliqâ?

Ita Hieronymus omnino nec sibi constat, & incertos planè dimittit, vel qid ipse statuat, vel qid nobis credi oporteat. Qod eis meritò contingit, qi missâ paginæ divinæ normâ certissimâ ad Scriptorum humanorum regulam Lesbiam, qod hîc passim fit, se conferunt.

4. De Avgustino, Nazianzeno, Hieronymo vidimus. Jam Veteres reliqi de *Baptismate* in genere, nec *Infantium* excluso, imò nominatim etiam aliqoties expresso, sed & seqioris seculi qi fuerunt havd pavci, qid senserint, tradiderint saltem, deinceps pavlisper consideremus.

Atqe hic ego congeriem amplissimam sanè adjeceram ex classis utriusq; Avtorum Scriptis excerptam, qam amanuensis, qem apud me curabam, ex chartis

confuſaneis, operâ deſcriptam, qum diſſertationis reliqæ totius molem integram qadruplo ferè ſuperare deprehendiſſem, conſultius viſum eſt ad loca duntaxat digitum intendere, qeis conſultis Lector ipſe (cui hoc operæ pretium videretur) eorundem hac de re dicta dictatave poſſet ipſe reſciſcere, qam ſententiis ipſis ac laciniis ſæpenumero prolixioribus codicem ſuffarcinare, & tam typographis qam lecturis moleſtiam nimiam faceſſere.

De *Baptiſmi* itaqe *virtute & efficaciâ*, qid ſenſerint ac cenſuerint, protulerint ſaltem ac prædicaverint *Antiqi* illi, cui nôſſe eſt animus, videri huic poterunt (præter illos, de qibus ſupra eſt diſceptatum)

Juſtinus, *Dialog. cum Tryphon. edit. Stephan.* 1551. *pag.* 40 & 43. *p.* 50. & 59. *extrem. p.* 125. & 126. Irenæus, *adverſ. Valent. lib.* 3. *cap.* 19. Clemens Rom. fictitius licèt, *edit. Pariſ.* 1554. *Epiſt.* 4. *p.* 76. Clemens Alex. havd. fictitius, *Padagog. lib.* 1. *c.* 16. Origenes, *in Exod. hom.* 5. *in Num. hom.* 3. *in Joſh. hom.* 5. & 15. *in Luc. hom.* 14. *in Joan. tom.* 8. *in Rom.* 6. *exponens illud Joan.* 3. 5. Methodius, *in Sympoſio*, apud Andream Cæſar. *in Apoc. c.* 33. Tertullianus, *de Baptiſm. c.* 1. 3 4, 5. 9, 10. & *de reſurr. carn. c* 8. Cyprianus, *Epiſtol. lib.* 1. *ep.* 32. & *lib.* 2. *ep.* 2. & *lib.* 3. *ep.* 8. & *lib.* 4. *ep.* 7. item *ad Pompejum. ad Jubajan. & ad Qirin. lib.* 3. *ſect.* 25. Dionyſius Alex. apud Evſebium *lib.* 7. *c.* 5. & 7. & apud Nicephorum *lib.* 6. *c.* 7. & 8. *in Epiſt. ad Xyſtum*, 2 & *ad Philem.* 3. Dionyſii Areopag. nomine neſcio qis, *Hierarch. Eccleſ.* cap. 2. & 3. & 7. prope finem, Antonius. Magnus, *Epiſt. ad Arſen.* 3. Lactantius, *Inſtitut. lib.* 4. *cap.* 15. & *lib.* 7. *cap.* 5. Athanaſii nomine, *diſputat. cum Ario, edit. Genev. pag.* 105. & *de Circumciſ. pag.* 109. Epiphanius, *hæreſ.* 30. *Sect.* 333. & *Ancorat. Sect.* 118. Euſebius, *vitâ Conſtant. lib.* [illegible] 62. Baſilius Cæſar. *de Sacr. Baptiſm. Serm*

*Serm.*13.*& de Spir.Sanct cap* 15.Evſtathius Sebaſt.(is enim τῶν ἐσχατικῶν avtor habetur)*de Bapt.cap.*2.Gregorius Nyſſen.*Orat.in Chriſt Baptiſm.& Orat. Catechet.cap.*40.Juſtini nomine *qaſt orthodox.q.*102. Chryſoſtomus *in Gen.Ser.*39 *in Joan. Ser.* 25. *&* 26.*in Act. Ser.*1.*in Rom.Ser.*16.*in* 1 *Cor Ser.*40.*in* 2 *Cor.Ser.*6. *in Gal.*3.27,28. *&* 4.28,26.*in Epheſ.Ser.*20.*in Philip. Ser.*11.*in Col.Ser.*7.*tom.* 6.*edit. Savil. Ser.* 59.*&* 91. *ejuſdem nomin.ad neophytos.*Optatus *adv. Parm. l.* 2.*&* 5.Victorinus *adv.Arium.lib.*2.Pacianus,*de Bapt.*Rhetitius Auguſtodum.*de Bapt.*apud Auguſt. *adv. Julian. lib.*1.*cap.*2.Hilarius Pictav.*in Pſal.*36.*&* 118.*part* 3.*in Math.can.*2.*&* 10.*de Trinit.lib.*9.Ambroſius, *de Spir. Sanct.lib.*1.*cap.*6 *& lib.*2.*cap.*1.*& lib.*3.*cap.*11.*de penitent.lib.*2.*c.*2.*de initiat.cap.*3. *&* 5.7. *de Sacram.l.*1. *cap.*4.5.6.*& lib.*2.*cap.* 1.2.3.6.*& lib.*3. *cap.*1.2. *de Elia c.*22.*in Luc.l.*2.*c.*3, Ejuſdem nomine, *in Rom.* 6.*in* 1 *Cor.*6.11.*in Gal.*3.27.*&* 6.15. Rufinus *in Pſal.* 22. Gavdentius, *in Exod.tract.*1.*in Evang.*1.*tract.*8.*& in* 2.*tract.*9.Siricius,*Epiſt.*1.*c.*2.Innocentius 1.*Epiſt.*1.*c.*1. *& Ep.*18.*c.*3.*& Ep.*22.*c.*2. Leo 1. *Epiſt.*4.*c.*3. *& Ep.* 86.*c.*4.*& Ep.*93.*c.*9. *de Nativ.Dom.Serm.*4.*c* 3.*Ser.*5. *c.*4.*Ser.*6.*c.*2.Proſper,*ad Gal. objekt. c.* 2.3.6.8.*ad Vincent.obj.c.*1.*contr.Collator.c.*19. *in Pſal.* 102. Idem, an Hilarius Arelat. (ſi Latius rectè ariolatur) *de Vocat.Gent.l.*1.*c* 18.*& l.* 2.*c.*20,21. Evgenius Carthag. *confeſſ.fid.* apud Victorem, *de perſecut.Vandal.l.*2.*& in Ep.ad African.* apud Gregor.Turon.*hiſtor.Franc. l.* 2 *c.*3.Heſychius, *in Levit.c.* 6. *&* 8.*&.*15.*&* 16.*&* 26. Macarius, *Ser.*32. *&* 47. Theodoretus, *in Geneſ. qaſt.* 19.*&* 26.*in Leo.q.* 19. *in Joſh. q.* 1. *in Pſal.*50 10. *in Ezek.*36.26.*in Gal.*3.27. *in Col.* 2. 11. *in Tit.*3. 5. *in Heb.*6.4 *&* 9. 14. *&* 10. 22. *& de divin. decret.c.* 18. Cyrillus Alex:*in Iſai.*1.16. *&* 4. 4. *&* 19. 1.*&* 33.8. *&* 55.1.*&* 54.12.*in Joan.l.*1.*c.*26.*&* 1.2.*c.*26.40. 42. 57.*adv. Julian,l.*7.*de rect. fid.ad Theodos.* Cyrillus, an

Joannes

Joannes Hieroſol. *præfat. ad catachef. ad initiand. catech.* 1. & 3. & 17. *ad neophyt. myſtagog.* 3. Marcus eremita *de bapt. q.* 4. 5. 6. 9. 16. Jovius *œconom. prag. c.* 18 apud Photium, *cod.* 222. Oecumenius, *in Gal.* 2. 27. *Eph.* 5. 26. *Heb.* 10. 22. Theophylactus, *in Num.* 1. *in Matth.* 3. 11. & 20. 9. *Marc.* 1. 10. *Luc.* 10. 34. & 15. 21. *Joan.* 1. 12, 13, 23, 33. & 3. 5. 22. & 5. 4. *Rom.* 6. 2, 3, 6. & 8. 14. 2 *Cor.* 3. *Gal.* 3. 27, 28. *Eph* 5. 26. *Col.* 2. 11, 12. 2 *Tim.* 1. *Tit.* 3. 5. *Heb.* 10. 22. Theodulus *in Rom.* 6. & 8. 30. & 9. 7. Procopius, *in Geneſ.* 1. 2. 10. & 35. *Exod.* 12. 10. & 30. 18, 19. *Lev.* 13. *Eſai.* 1. 16. & 2. 10. & 4. 4. Iſidorus Peluſ. *lib.* 3. *epiſt.* 37. & 195. *lib.* 4. *epiſt.* 24. & 168. & 204. Titi Boſtr. nom. *in Matth.* 3. 1. Victoris Antioch. nom. *in Marc.* 1. 8. Euthymius *in Mat.* 3. 11. *Joan.* 3. 5, 6. Andreas Cæſar. *in Apoc.* 1. 5. & *in cap.* 12. *five* 33. & 15. five 67. Arethas, *in Apoc.* 1. 5. Joannes Damaſ. *de fid. orthod. lib.* 2. *cap.* 9. *lib.* 4 *cap.* 10. & 102. Gregorius Pachymer. *in Dionyſ. hierarch. cap.* 2. Maximus Monach. *ibid.* Juvencus, *hiſt. Evangel. lib.* 1. *in Matth.* 3. 11. & *lib.* 4. *in Matth.* 28. Paulinus, *de Joan. Bapt. epiſt.* 12. Ennodius, *poem. de Baptiſter.* Fulgentius, *de gratiâ cap.* 30. Maximus Taurin *in Epiphan. homil.* 1. & 3. *de eleemoſ. hom.* 1. & 2. *de Paſch. hom.* 4. & 5. Petrus Raven. *Serm.* 83. & 117. Philippus *in Job* 14. 4. Sedulius, *in Rom* 6. 1. *Cor.* 5. 7. 2. 2 *Cor.* 5. 17. Primaſius, *in Rom.* 6. 9. 1 *Cor.* 6. 11. *Gal.* 3. 27. *Eph.* 4. 30. & 5. 26. *Apoc.* 2. 18. Evſebii Emeſſ. nom. *in Advent. Domin.* 4. *in Octav. in Aſcenſ. Dom. poſt Dominic.* 1. *fer.* 6. *in Paſch. hom.* 5. *in die Penteceſt.* Cæſarius Arelat. *hom.* 5. & 7. Olympiodorus, *in Hexamer. lib.* 6. apud Anaſtaſ. & *in Eccleſ.* 3. 2. Anaſtaſius Sinait. *in Hexam. lib.* 1. & 4. & 5. Caſſiodorus, *in Pſal.* 22. 2. & 50. 7. & *Cant.* 7. Gregorius, Rom. 1. *in Regiſtr. lib.* 9. *indict.* 4. *epiſt.* 39. *in* 1 *Reg. lib.* 6. *in cap.* 16. & *in Pſal. pœnit.* 4. Evlogius Alex. *contr. Novatian. lib.* 2. apud Photium *cod.* 280. Philo Carpath. *in Cant.* 1. 4. 13. & 3. 10. & 4. 2. 8. 15. & 5. 12. & 6. 5. Iſidorus Hiſpal. *in Cant.* 1. & 2. & 4. & 5. Juſtus Orgelit.

in Cant. 1.7.17. Aponius, *in Cant. l.* 1. & ex eodem Lucas, *in Sum.* Asterius Amas. *de fil. prodig.* apud Photium, *Cod.* 271. Alcimus, *de transitu maris rub. lib.* 5. Venantius, *poem. lib.* 2. *poem.* 12. *lib.* 3. *po.* 7. *& l.* 4. Beda, *in Gen.* 1. *Lev.* 22. *Num.* 19. *Deut.* 21. *in Iob lib.* 1. *cap.* 14. *& l.* 3. *c.* 7. *in Psal.* 3. *&* 22. *&* 28. *&* 52. *&* 77. *&* 80 *præfat. in Cant. in Ioan.* 1. 33. *&* 3. 5, 6. *&* 4. 1, 2. *&* 13. 10. *&* 15. 3. Albinus, an Alcvinus, *de divin. offic cap.* 19. Synodus Francofurt. *Contr. Imagin lib.* 1. *cap.* 1. *& lib.* 2. *cap.* 16. *& lib.* 3. *cap.* 1. Favstvs, *de lib. arbitr. lib.* 1. *cap.* 2. Evcherii nom. *in Gen. lib.* 1. *cap.* 1. *& lib.* 2. *cap* 24. *in libr. Reg. lib.* 3. *c.* 21. *de mari aheneo. lib.* 4. *cap.* 6 *de hydriis & igne. & cap.* 20. *de Naaman mundato.* Arnobius, N. Q. *in Psal.* 23. 4. *&* 67. 14. Innocentius 3. *de Miss. myster. l.* 4. *c.* 30. *in Psal. pœnitent.* 2. *&* 4. *Epist. ad Arch. Arelat. Decretal. lib.* 3. *tit.* 42. *cap.* 1. Gvilielmus. Paris. *de Bapt. Sect.* 1. *&* 3. Gvilielmus Durant. *rational. divinor. lib.* 6. *cap.* 45. Hugo de S. Victor. *de Sacram. lib. part* 9. *&* 11. Hugo Barchinon. *in Eccles.* 11. 5. *Cant.* 4. 2. *Luc.* 3. 16. *Ioan.* 3. 3, 5. *Tit.* 3. 5. Nicolaus Liran. *in Math.* 3. 11. *Ioan.* 3. 3, 5. *Tit.* 3. 5. Pavlus Burg. *addit ad Liran. Rom.* 5. Rabanus, *de propeiet. Serm. l.* 2. *c.* 2. *& l.* 5. *c.* 11. Remigius, Lugdun. *in Censur. Synod. Carisiac. c.* 2. Remigius Altisiodor. *in Psal* 22. 2. *& in* 77. *de mari rubr. in Zacar.* 13. 1. *in Ioel* 2. *de igne.* Haymo Halberstat. *in Psal.* 22. *in Cant.* 1. *&* 4. *in Ose.* 6. *in Rom.* 6. *in Ephes.* 1. 13. *Hebr.* 10. 22. *Idiota contemplat. l.* 4. *c.* 1. 3. Adelmannus, *Epist. ad Berengar.* Paschasius, *de corp. & sang. Dom. c.* 9. *&* 10. Bertramus, an Ratrannus, *de corp. & sang. Dom. ubi de fonte sacro.* Angelomus *in* 4. *Reg.* 6. Radulphus Ardens, *in Dominic.* 6. *post. Trinit.* Smaragdus, *in Oct. Pentecost. ex Ioan.* 3. Giselbertus, *alterc. Synagog. & Eccles. c.* 5. *&* 8. Algerus, *de Eucharist. l.* 7. *c.* 4. 5. 8. Berno Avgiens. *in Assumpt. Mar.* Bernardus, *Ser. de Circumcis. Dom. de Bapt. & ablut. pedum. ad m lit. Templ. c.* 11. *de div.* 11. Petrus Cluniac. *l.* 1. *Ep.* 1. *ad c.* 1. Petrus Comest. *hist.*

hiſt. Evangel. c. 33. 39. Petrus Bleſ. Alex 3. nom. *ad Sut dan. Icon.* Petrus Alphonſ. *dialog. tit.* 12. Petrus Damian. *ad Henric. Ravenn. epiſt.* 16. *c.* 2. 5. 20. Petrus Cantor. *de Verb. abbrev. c.* 33. & 105. Rupertus Tuit. *in Joan. l.* 1. *c.* 1. & *l.* 2. *c.* 1. & *l.* 3. *c.* 2. Hildegardis, *Viſion. l.* 2. *Viſ.* 3. Hildephonſus, *de Virginit. Mariæ.* Eligius Noviom. *de fil. prodig. & de Cœnâ. Dom. homil.* 4. Fulbertus, *Epiſt.* 1. Gallus Ciſtert. *Malogranat. procm. cap.* 5. & 6. & *lib* 1. *diſt.* 1. *cap.* 13. Simon de Caſſ. *de relig. chriſtian. lib.* 11. *c.* 6. Arnoldus Boneval. (qi Cypriani nomine proſtat) *de cardinal. Chriſt. operib. c.* 4. *de Bapt.* & *c.* 7. *de Ablut. ped.* Anſelmi nomine, (non Anſelmus ipſe, qi à reliqis aliô hîc abſcedere videtur, *de concept. Mar.* & *peccat. origin. cap.* 28. & *in Concord. grat.* & *lib. arbitr.*) *in Luc.* 3. Hervæus (qi & Anſelmi titulum præfert) *in Rom.* 6. *Tit.* 3. 5. *Hebr.* 10. 22. Baringvedus, (Ambroſii nomine editus) *in Apoc. Viſ.* 3. *cap.* 6. & *Viſ.* 4. *cap.* 12.

Nec ſum neſcius ex iſtis havd pavcos, imò qotqot Gregorii Romani ætatem non anteceſſerunt, qi ſecuti ſunt multò magis, inter patres antiqos nullo jure locum poſſe tueri; qos laterculo tamen iſto comprehendere viſum eſt, qia formulas ac ſententias à prioribus illis receptas, ſuiſqe etiam temporibus receptiores, de Sacramento hoc in ſcriptis ſuis, ubi occaſio intervenerat, paſſim uſurpârunt.

Ad Scholaſticos tandem devenio, qi in argumento hoc qid tenuerint, avt tenendum cenſuerint, & latiùs diſſerunt, & clariùs explicant. Ex his videre poſſunt. Petrus Lombard. *Sentent. lib.* 1. *diſt.* 1. *Sect.* 1. 2. 5. de Sacramentis in gen. & de Bapt. ſpecial. *ibid Sect.* 6. 9. & *diſt.* 2. *Sect.* 1. 4. *diſt.* 3. *Sect.* 7, 8. 11. *diſt.* 4. *Sect.* 1. 8. *diſt.* 5. *Sect.* 3. *diſt.* 8. *Sect.* 1. *lib.* 2. *diſt.* 32. *Sect.* 1. 2, 3. *lib.* 4. *diſt.* 4. *Sect.* 3. Albertus Magn. *in Sent. lib.* 4. *diſt.* 1. & 3. *in Math.* 3. & 4. *Luc.* 3. *Joan.* 3. Alexander Alenſ. *Sum. part* 1. *qaſt.* 11. *membr.* 5. *qaſt.* 73. *membr.* 3.

*artic.*1.*ad* 1*um. part* 3.*q.*24.*m.*7.*a.*2.*&* *q.*122.*m.*6.*part* 4.*qæſt.*1.*m.*2.*ar.*1.*q* 8.*m.*3.*a.*5.*q.*11.*m.*3.*a* 2.*q.*20.*m.*1. *a.*1.*q.*21.*m.*1.*ar.*1.*&* 2. Evſtathius Bonavent. de ſacr. in gen. *in Sent.l.*4.*proœm.diſt.*1.*&* *diſt.*3. *Sect.* 29. de Bapt.parvul.*diſt.*4 *q.*2. de utriſque *breviloq. part* 6. *c.*1. Thomas Aqin.*Sum.part* 3.*qæſt* 19. *art.* 1. *ad* 3*um.qæſt.* 39.*art.*6.*qæſt.*61.*ar.*1,2,3.*q.*66.*a.*1.3.*q* 68.*a.*11.*q.*69. *art.*1.---6.8.*q.*73.*a.*1.3. Videndus idem *de articul. fid. c.*14.*de ſacram. altar.c.*9.*de human. Chriſt.c.*9. *in Symbol. Apoſt.c.*13.*contra gent.l.*4. Joannes Duns, *in Sent. lib.*4.*diſt.*1.*qæſt.*5.*&* *q.*6.*ad ultim.diſt.*4. *qæſt.*2.*diſt.*5. *q.*1.Robertus Holcot, *in Sent.lib.*4. *qæſt.*1. *art.* 1. 3.5. Durandus de S.Porcian.de Sacram.in gen. *in Sent. lib.* 4.*diſt.*1.*qæſt.*5.de Bapt.*diſt.*3.*q.*4.*diſt.*4.*q.*2.Franſciſcus Majron.*in Sent.l.*4.*diſt.*2.*&*3.*q.*2.*&* 3.PetrusAlliac.*in Sent.lib.*4 *q.*1.*art* 3.*concluſ.*1,2,3. *q.* 2. *art.*1.*q.*3.*a.* 1. *&* 2. *concl.* 1. *&* 2. *propoſ.* 1. *&* 3. Aſteſanus Aſtenſ. *Sum.l.*4.*tit.*1.*art.*1.*&* 4.*tit.*2.*art.*2.4.*tit.*4.*art.* 1. *q.*1. 2.7.*ar.*2.*art.*3.*q.*1,2,4.Joannes Gerſon,*in Cant.part* 1. *de amore.grat. & ſuper Magnificat. tract.* 7. *ſect.* 2. *de mente,Verit.*7,8,9.

Ex eis ad qæ digitum hîc intendimus, Veterum locis facile patere poterit, Patres antiqos, (ut Scriptores ab antiqitate remotiores, tum Scholaſticos, tum alios qſvis omittam, qi hac in parte qid ſenſerint, diſertiſſime ſunt prolocuti) non *peccatorum* tantùm *remiſſionem* conferri in baptiſmo ſtatuere, ſed [a] *mentis* etiam *illuminationem*, [b] *vitii, ſordiumqe ablutionem & expurga-*

[a] Clem.Alex.*Pædag.l.*1.*c.*6. Cypr.*ad Don.* Evſeb. *de Conſtan.l.*4. *c.*62. Aſter.*in cæs.* Baſil *hom.*13. *& de Sp. ſanct. c.* 15. Gr.Nyſſ. *de bapt.* Dionyſ.*hierar.eccl c.*2,3. Chryſoſt *tom.*5. *hom.*59. Ambr. *de Eliâ,c.*22. Cyril.Hier.*c.*4.*catech.*17. Procop.*in Ex.*2. [b] Clem. *ped.l.*1.*c* 6. Orig.*in Luc.*14 *& Exod.*5.*& Rom.*6. Evſtath.*de bap.* Dionyſ.*hier,c.*2. Maxim. *de eccem.*2. Sedul.*Rom.*6.

tionem,

tionem, c *animæ purgationem,* d *purificationem,* e *emaculationem,* f *totius hominis veram integramque circumciſionem,* g *refectionem,* h *renovationem,* i *recreationem,* k *innovationem,* l *animationem,* m *emundationem,* n *ſanctificationem internam,* o *reformationem,* p *ad divinam imaginem ac ſimilitudinem reſtitutionem,* q *regenerationem,* r *generationis nativæ correctionem ac reparationem,* s *veteris hominis mortem & ſepulturam,*

t Orig. *Joſ.* 5. & 15. Cypr. *ad Pomp.* Nyſſ. *bap.* Pac. *bap.* Ambr. *nom. Rom.* 6 d Orig. *Joan.* 8. Lact. *l.* 7. *c.* 5. Epiphan. *ancyr.* Macar. *hom.* 31. Cyril. *Eſai.* 54. & 33. Cyril. *cat.* 3. & 17. Marc. *bapt.* 16. Maxim. *hom.* 30. Oecum. *Hebr.* 10 e Tertul. *reſurr.* Macar. *hom.* 30. Theodoret. *Lev.* 19. & *Heb.* 10. Cyril. *Jul. l.* 7. & *Eſ.* 19. Areth. *in Apoc.* 1 f Juſtin. *Tryph.* & nom. *q.* 102. Orig. *Joſ.* 5. Athan. *de circum.* Epiphan. *hær.* 30. & *anc.* Chryſ. *Gen.* 39. Hilar. *de Trin. l.* 9. Damaſc *l.* 4. *c.* 102. g Rufin. *P. ſ.* 23. h Iren. *l.* 3. *c.* 19. Orig. *Ex.* 5 & *Joan.* 8. Evſ. b. *Conſt. l.* 4. *c.* 61. Baſil. *hom* 13. Nyſſen *Bapt.* Ambr. *Sps l.* 1. *c.* 6. & *l.* 3. *c.* 12. & *pœn l.* 2. *c.* 2. Heſych. 5. 16. & 7. 26. Cyril. *cat.* 1. Marc. *bapt.* 16. Pavlin. *ep.* 12. Philip *Fob.* 14. Maxi. *Paſc.* 5 i Cyril *Eſ.* 54. Theodor. *Tit* 3. Theophyl. *Tit* 3 k Cypr. *ep.* 12. & *Pomp.* Optat. *l.* 2. Pacian. *bapt.* Hilar. *Math.* 10. Leo, *nativ* 6. Ambr. nom. & Prim. *Rom.* 6 l Tertul. *bapt.* Cypr. *Don.* Macar. *hom.* 30. Theod. *Gen* 9 26. Maxi. *decem.* 2. m Tert *bapt.* Cypr. *l.* 4. *ep* 3. & *ad Jub* Sylveſt *Conſtant.* Chryſ. *tom.* 6 *hom.* 9 1. & 1 *Cor.* 40. Amb. *Sp l.* 1 & *pœn. l.* 2. *c.* 2. Gavdent. *Evang.* Heſych. *Lev.* 2. & 5. 15. Hilar. *Pſ.* 118 n Tert. *bap.* Cyp *ep.* 12. & *Pomp.* Anton. *ep.* 3. Athan. *cum Ario.* Nyſſ. *bapt.* Evgen. *confeſſ.* Cyril. *Jul. l.* 7. & *Eſ.* 19 o Ter *bap.* Baſil *hom.* 13. Ambr *pœn. l* 2. *c.* 2. Cyril. *Jul. l.* 7. *et Eſ.* 54. Maxim *Ind. tradit* p Ter. *bap.* Evſtath. *bap.* Cyril. *rect. fid.* Cyril. *cat myſt.* 3. Procop *Gen* 1. *et* 35. Maximus *hier.* 2. Damaſc *l* 4. *c.* 10. q. Orig *Rom.* 6. *et Ioan* 8. Tert. *re urr.* Juſt. *Tryph.* Iren. *l* 3. *c* 19. Optat *l.* 2. Pacian. *bapt.* Cypr. *Pomp.* Baſil. *hom.* 13. Nyſſ. *bapt.* Dionyſ. *hier c.* 2. *et* 3. Chryſoſt. *Ioan.* 25. *Gal.* 3. *Eph.* 10 *Tit.* 3. Gavdent. *Exo.* Evgen. *ep.* Cyril. *in Joan. l.* 2, *c* 40 42. Cyril. *cat. prœ. et hom.* 1. Iſid. *l.* 4 *ep.* 24, 168 r Clem. *Rom ep.* 4. Cypr. *Dom.* Evſt *bap.* Maxim. *Jud tr.* s Cypr. *Pomp.* Chryſ *Joan.* 25

t *novi nativitatem, vetuſtatis* u *abſterſionem*, v *exutum*, x *deſpolationē*, y *depoſitionē*, z *vitii omnis evomitionē, & peccati interfectionē*, * *criminum mortem & ſepulturam*; a *virtutis vitam*, b *Spiritus Sancti infuſionem*, c *receptionem*, d *repletionem*, e *inhabitationem*, f *gratiæ cœleſtis conſecutionem*, g *hominis, mentis immutationem, &* h *in melius transformationem.*

Hinc eſt quod & *baptiſmum* appellant i *undam genitalem*, k *aquam ſalutarem*, l *rorem purificum &* m *ſanativum*, n *vivificum, ſanctificumq; lavacrum.*

Quod Sacramentum hoc aſſerunt, o *peccatis exuere*, p *peccata expurgare*, q *ſpiritualem lepram avferre*, r *gratiæ ac virtutum Spiritus Sancti donis atqe primitiis induere, imbuere, inundare*, s *vim generativā habere*, t *Deo filios generare*, u *corpus peccati deſtruere*, v *vir-*

t Cypr. *Pomp. et Don.* Leo *nativ.* 6 u Cypr. *Don* Cyril. *Eſ.* 1. Maxim. *ſymb.* Theophyl. *Heb.*10 v Cypr. *Pomp. et Don.* Juſt. nom. *q.*102. Theodor. *Col.*2 x Lact. *l.*7 *c.* 5. Athan. *Circumciſ.* Theophyl. *Col.*2 y Orig. *Luc.* 14. Cypr. *Trin.* 3. Chryſ *Gen* 39. Heſ. *Lev.*1.6. Oecum. 2. Optat. *l.*5. Chryſ. *Phil.* 11: z Leo *ep.*4. * Cypr. *Don.* Opt. *l.*5. Baſil. *bom.*13. Evſt. *bapt.* Hilar *Trin.* Pavlin *ep.*12. Iſidor. *l.* 4. *ep.*168. Ambr. & Theodul. *Rom.*6 Leo *ep.*86 Cyril. *cat. præfat.* Oecum. *Rom* 6. Cypr. *Donat.* b Cypr. *l.*3 *ep.*8. *et l* 4. *ep.* 7. Pacian. *bapt.* Hilar. *Pſ.*64. Ambr. *Sacr. l.*3 *c.*2 c Tert *bap.* Vict *in Arium l.*2. Hil. *Matth can.*2. Innocent. 1. *ep.*1. Cyril *in Joan l.*2 *c.*40. 24 d Orig. *Joan.*8. Theoph. 2. *Cor* 3. e Cypr. *Jub. et l.* 4. *ep.* 7 f Cypr. *l.*3. *ep.* 8 g Cypr. *Don.* Ambr. nom. *Gal.*3. Theodor. *Ezek.*36 h Greg. Nyſſ. *bapt.* i Cypr. *Don* k Cypr. *Don* l Lact. *l.*4 *c.*15 m Baſil. *bom.* 13 n Athan *diſp. cum. Ario.* Evod. *Baptiſt* o Cypr. *Don.* Chryſ *tom.*6. *bom* 9. Proſp. *Pſ.*102 p Syric. *ep.*1 q Theodor. *Lev.q.*19. * Proc. *Lev.* 13 r Hilar. *Pſ.*64. Tit. *Mat.*3. Victor, *Mart.* 1. Proſp. *Pſ.* 102. Hilar. *voc gent. l.*1. *c.*18. Marc. *bapt.*5. 16, Heſych. *Lev.*5.16. Theodoret. *Tit.*3. *et decr.* Cyril *cat.*17. *myſt.* Maxim. *Faſc.* 4. Philo, *cans* 4. 8, 9. Theophyl. *Mat.*3. *& Joan.*3. 22. s Leo *nat. Dom.*5. *c.*4. Cyril. *Eſai.*3.1. t Cypr. *Pomp.* Salon *Prov.*1. u Baſil. *ſp* 5. *c.*15 v Marc *bapt.* Macar *bom.*30. Baſil. *ſp.*5. *c.*15. Chriſol. *bom.*117. Theophyl. *Joh* 5.

tutem

tutem vitalem indere. x *gratiam ſpiritualem conferre atque infundere,* y *divinam imaginem inſtaurare,* z *novam facere maſſam, condere creaturam,* a *dealbare, & nive candidiorem facere,* b *purum,* c *juſtum* d *ſanctum,* e *novum facere hominem,* f *peccatum radicitùs evellere,* g *juſtitiam ſanctitatemqè tribuere,* h *animæ ſordes maculaſqe abluere,* i *ulcera morboſqe ſanare,* k *æſtus ſedare,* l *febres extinguere,* m *putredines exurere,* n *vitia exinanire,* o *oculos aperire,* p *aures reſerare,* q *vigorem dare,* r *vires addere,* s *formam floremqe Deo dignum conciliare;* t *in vitam primordialem animam reſtituere;* u *textum novum contexere;* v *animas reparare;* x *viventes Spiritu*

x Optat. *l.* 5. Cypr. *l.* 4. *ep.* 7 y Evſeb. *hiſt.* Chryſoſt. 117. 2. Chryſoſt. *tom.* 6. *hom.* 91. & *Joan.* 25. & *Tit.* 3. Syric. *ep.* 1. Ambr. nom. *Gal.* 6. Leo *ep.* 4. Proſp *ad Gal.* 9. Sedul. in 1 Cor. 6. & 2. c. 5. a Prudent. *cathem.* 2. Theodoret. *Pſ.* 50. Philo. *Cant.* 1 & 4. & 5. & 6. Primaſ. *Apoc.* 7. Andr. *Apoc.* 19 b Chryſoſt. *tom.* 6. *hom.* 91. Cyril. *cat.* 1. Evſeb. nom. *Paſch* 5. Theophyl. *Heb.* 10 c Chryſ. *tom.* 6. 91. & 2 *Cor.* 6. d Cypr. *Pomp.* Nyſſ. *bapt.* Chryſoſt. *tom.* 6. *hom.* 91. Victorin. *ad Arium. l.* 2 e Pavlin. *Baptiſt.* & *ep.* 12. f Chryſoſt. 1 *Cor.* 40 g Chryſoſt. *Joan.* 28. & *ad Neophyt.* Ruſin. *Pſ.* 23. 4. Proſp. *ad Gal* 3. Cyril. *cat* 1. Maxim. *Paſc* 4 h. Cypr. *l.* 4. *ep.* 7. Optat. *l.* 5. Chryſ. *tom.* 6. *hom.* 91. et *Eph.* 120. Ambr. *ad init. c.* 3. Juvenc. *l.* 1. et 4. Maxim *eleem.* 2. Philo. *Cant.* 1. Procop. Exo. 30. Areth & Andr. *Apoc.* 1. Damaſc *l.* 2. *c.* 9 i Baſil. *hom.* 13, Chryſoſt. *Philip.* 1. Ambr. *init. l.* 4. *c.* 3. Evſeb. nom. *ſer.* 6. Theophyl. *Joban.* 5 k Pavlin *de baptiſt.* Chryſoſt. *Phil.* 11 l Chryſoſt. *Phil.* 11 m Chryſoſt. *Phil.* 11 n Chriſoſt. *Phil.* 11. o Chryſoſt. *Phil.* 11 p Chryſ. *Phil.* 11 q Lactant. *l.* 7. *c.* 5. r Marc *bapt.* 9. Chryſoſt. *Phil.* 11. s Chryſoſt. *Phil.* 11. t Baſil. *Sp. S. cap.* 15 u Chriſoſt. *Joan.* 26 v Chryſoſt. *Joan.* 26. Pavlin. 9. 12. Orig. *Joan.* 8. Juvenc. *l* 1. Maxim. *Paſc.* 5 x Chryſoſt. *Joan.* 26. Tert. *bapt.*

informatas, uti aqa olim, reptilia producere; y *esse baptizato, qod matrix embryoni;* z *eo modo effigiare, qo infans in utero effingitur; pari modo ex aqâ refingere, reficere, qo ex terrâ primo fingebatur;* a *refundere,* b *refingere, prout statua solet;* c *tingere, ut lanam purpura;* d *purgare,* e *emollire,* f *fulgidum facere, ut ignis ferrum;* g *characterem effigiemqe imprimere, ut ceræ sigillum;* h *vitium solvere & absumere, & peccata exurere, ut ignis ceram;* i *hominem terreum, ut terram metallicam, in avrum trasmutare;* k *crassos & animales in cœlestes & spirituales transformare;* l *infantiam, juventutem revocare;* m *puritati originali restituere,* n *vel eâ etiam præstantiorem induere;* o *Christo,* p *qo induat, conformare;* q *animam radiis solaribus puriorem ac splendidiorem reddere.*

Typos baptismatis adfirmant fuisse, r *Naamanis*

y Chrysost. *Ioan.* 26. & *Rom.* 16. & *Gal.* 4. 18. Chrysol. *hom.* 117. M car. *hom.* 30. Leo. *nat.* 4, 5. & *ep.* 93. Pacian. *bapt.* Evthym. *Ioan.* 3. Theophyl. *Rom.* 9. z Chrysost. *Ioan.* 25. & 26. Pachymer *hierar. c.* 2. & Chrysost. *Ioan.* 25 a Evstath. *bapt.* Chrysost. 1 *Cor.* 40. *et tom.* 6. *hom.* 91 b Basil. *hom.* 13. Chrysost. 1 *Cor.* 40 c Optat. *l.* 5. Evstath. *bap* d Evstat. *bapt.* Cyril. *Iul. l.* 7. e Evstat. *bapt.* f Evst. *bapt.* Chrysost 1 *Cor.* 40. Cyril. *cat.* 17. Theophyl. *Rom.* 8. *et* 2 *Cor.* 3 g Evst. *bapt.* Chrys 2 *Cor.* 6. Philo, *Cant.* 4. Cyril. *rect fid.* Prim. *Eph.* 4. h Chrys. 1 *Cor.* 40. *et Col.* 7. Procop *Esaj* 1. Cyril. *Es.* 1. *et* 3. Ambr. *sacr. l.* 3. *c.* 22. Evthym. *Mat.* 3 i Chrysost. *Col.* 7 k Method. *sympos* l Basil. *bapt.* Maxim. *Pasch.* 5 m Chrysost. 1 *Cor.* 40. Cyril. *Ioan. l.* 2. *c.* 42. Damasc. *l.* 4. *c.* 10 n Chrys. 1 *Cor.* 40. *et tom.* 6. *hom.* 91. o Chrys. *Gal.* 3. 27. Leo *nativ.* 6. *et pass.* 18. Cyril. & Procop *Esaj* 3. Theophyl. & Oecum. *Gal.* 3. Prim. *Apoc.* 1. Maxim. *Pasch* 4. *et* 5. Evseb. *nom. pasc.* 5 p Cypr. Pomp. Justin. *nom.* 9. 102. Hesych. *Lev.* 5. 16. Cyril. *myst.* 3. Theodor. Theophyl. Oecum. *Gal.* 3. q Sylvest. *Const.* Nyss. *bap.* Chrys. *Ioan.* 26. 1 *Cor.* 40. *tom.* 6. *hom.* 59. 91 r Cypr. *l.* 4. *ep.* 7. Nyss *bapt.* Optat. *l.* 5. Ambr *pæn. l.* 2. *c.* 2. & *sacram. l.* 1. *c.* 5. *et init. c.* 3

pur-

purgationem? s *Pharaonis ſubmerſionem,* t *cataclyſmum Noathicum,* v *piſcinam Bethesdicam,* x *aquatilium creationem,* y *formationem protoplaſti.*

De *baptiſmo* deniqe exponunt illas Scripturæ Sacræ periochas, *a* Pſ. 34. 5. (juxta Græc. verſion.) *b* Pſ. 103. 5. *c* Eſaj. 1. 16. *d* Ezek. 36. 25, 26. *e* Pſal. 51. 10. *f* Joan. 1. 13. *g* & 3. 5, 6. *h* Rom. 6. 3, 6. *i* 1 Cor. 6. 11. *k* Gal. 3. 27. *l* Eph. 4. 22. 24. & *m* 5. 26. *n* Col. 2. 11. 13. *o* Tit. 3. 5. *p* Hebr. 6. 4. *q* & 10. 22. qæ loca, *illuminationem, purificationem, renaſcentiã, regenerationẽ, refectionẽ, ſanctificationẽ, mortificationem, vivificationem, cordis renovationem, imaginis reſtaurationem, ſpiritus infuſionem, hominem ve-*

f Orig. Exo. 5. Gavd. Exo. 1. Chryſ. *Col.* 7. Amb. *ſacr. l.* 1. *c.* 4. 6. *et init. c.* 3 Cæſ. *hom.* 7 *s* Opt. *l.* 5. Amb. *ſacr. l.* 1. *c.* 6 *u* Tert. *bap.* Amb. *init c.* 4. Theoph. *Ioan.* 5. Eviſeb. nom *ſer.* 6 *x* Tertul. *bapt.* Opt. *l.* 5. Chryſoſt. *Ioan.* 26. Ambr. *ſacr. l.* 3. *c.* 1. Damaſc. *l.* 2. *c.* 9. Tert. *bapt.* Chryſoſt. *Ioan.* 25 *a* Baſil. *hom.* 13. Nyſſ. *bapt. y* Ambr. *Eliã c.* 22. *b* Ambr. *pæn. l.* 2. *c.* 3. Maxim. *Paſc.* 5: *c* Juſt. *Tryph.* Baſ. *hom.* 13. Theodoret. *pſ.* 50. Nyſſ *bapt.* Cyril. & Procop. *Eſa.* Theodul. *Rom.* 9 *d* Cypr. *l.* 1. *ep.* 12. Nyſſ. *bap.* Theod. *ibid e* Baſil. *SpS. c.* 15 *f* Leo *paſſ.* 18. Pachym. *hierarch. c.* 2. *g* Orig. *Rom* 6. Baſil. *Spr. c.* 15. Macar. *hom.* 30. Chryſ. *Ioan.* 25. Heſych. *Lev.* 5. 15. Maxim. *Paſc.* 4. Cyril. *Eſ.* 3. *et.* 54. *et Ioan. l.* 2. *c.* 40. 42. Theophyl. & Evthym *ibid. h* Orig. Theophyl. Theodul. Oecum. *ibid.* Baſil. *SpS. c.* 15. Evſtath. *bapt.* Chryſ. *Ioan.* 25. *et tom* 6. *hom.* 91. Heſych. *Lev.* 2. Theodoret. *decret. et Heb.* 6. Amb. *pæn. l.* 2. *c.* 2. Amb. nom. *Rom.* 6 *i* Orig. *Rom.* 6. Cypr. *Iub.* Athanaſ. *cum Ario.* Chryſ *tom.* 6. *hom* 91. Amb. nom. & Primaſ. *ibid k* Cypr. *Pomp.* Anton. *ep.* 3. Optat. *l.* 5. Hilar. *Trin. l.* 9. Ambr. *pæn. l.* 2. *c.* 2. Chryſ. *Gal.* 3. *et tom.* 6. *hom* 91. Theodoret. *ibid. decr.* Macr *bapt.* 16. Ambr. nom. Primaſ. & Oecum. *ibid l* Amb. *pæn. l.* 2. *c.* 2. Cyril. *Eſaj.* 54. Procop. *Gen.* 35. Maxim. *Paſc.* 5. *m* Chryſoſt. *Eph.* 20. Primaſ. & Oecum. *ibid. n* Athanaſ. *circum.* Baſil. *SpS. c.* 15. Juſtin. nom *q.* 102. Chryſ. *Gen.* 39. *et Ioan.* 25. *et Col* 7. *et tom.* 6. *hom.* 91. Maxim. *Iud. trad.* Theod. & Theophyl. *ibid. o* Cypr. *Pomp.* Athan. *circumciſ.* Chryſ. *tom.* 6. *hom.* 91. *et* 3. Ambr. *SpS. l.* 3. *c.* 11 *p* Chryſoſt. *tom.* 6. *hom.* 91. *q* Chryſ. *tom.* 6. *hom.* 91

terem

veterem exutum, crucifixum, abolitum; *hominem novum, Christum ipsum indutum*, loquuntur. Nec avt ad solam *reatus amotionem* possunt accommodari; avt de eâ, solâ saltem, ab ullo, opinor, unqam interprete sunt expositа.

Constat itaq; patres antiqos, tam *regenerationem* propriè dictam, qæ in hominis *renovatione* internâ consistit, qàm *peccati*, sive originalis, sive actualis, *remissionem* Sacramento isti tribuisse.

Constat & ex iis qæ supra indicavimus, ævi itidem inferioris Scriptores plerosqe, cum in eâdem sententiâ fuisse, tum & in eandem mentem patrum priscorum dicta cepisse.

Qod si objectum fuerit, ista de *baptismo in genere* protulisse antiqos illos; at de *parvulorum baptismo* non pariter sensisse: respondeo.

1. Qæ de *baptismo in genere* enunciantur, etiam *pædobaptismo* conveniant necesse est; qod sub illo iste comprehendatur.

2. *Baptismum unum* eundemqe agnoscere se profitentur veteres, adultorum parvulorumqe; nec diversum in his ab illis effectum ejusdem.

3. Etiam *parvulorum baptismi* disertè meminerunt aliqoties, ubi baptismo ista tribuunt.

4. Axioma illud, qod ab adversâ parte urgetur tantopere, de *Sacramentorum effectu, ubi obex non ponitur*, adversus ipsos istic cumprimis valet.

Sin dicta veterum, baptismiqe elogia istiusmodi, *Sacramentaliter* qis accipienda, contenderit, ut vel in ritu externo ista adumbrari, repræsentari, promitti, agnosci, obsignari dicantur; vel in *baptismo spirituali*, cujus typus est exterior ille, ista omnia exhiberi planè ac præstari affirmentur: prout & antiqorum testimonia à pontificiis prolata, è nostris interpretantur nonnulli; & Apostolica enunciata qædam sunt proculdubio sumenda, cum consistere alioqi nevtiqam possint (de

qo

qo videndi Whitakerus noster *de Sacram. q. 4. c. 2. ad arg. class. 4. & 5.* Beza *ad art. col. Mompelg. de bapt. dogm. 1. & 2. p. 115. & Danaus ad Bell. tom. 2. contr. 4. lib. 2. de effect. Sacr. c. 6. & 7.* Idem certè parem, par est, libertatem concedat, veterum dicta, de *reatus in baptismo remissione* allata interpretandi: quod si fuerit concessũ, tota mox extructa istic fabrica conciderit, qũ nullo alio qam patrum veterum judiciis sententiisqe, fundamento subnixa consistat.

5. *At cur patres, inqit,* Augustinus *præsertim,* Justinus *item,* Bernardusqe, *ad fidem alienam ubiqe confugiunt, si infantes per fidem, gratiamqe internam renati justiqe fierent?*

Respondeo,

1. Aliud est *fides* ipsa, aliud *regeneratio,* sev mentis internæ *renovatio,* qæ sine fidei actu ullo consistere potest.

2. *Ad fidem patres alienam* ideò *confugiunt,* ubi de parvulorum salute agunt; qia fidei alienæ beneficio fœdere continentur divino, & ad baptismi ritum suscipiendum jus obtinent. Vedeatur Bellarm. *de bapt. lib. 1. cap. 11. Propos. 5.*

Qanqam *Justinum* qod attinet, qi hîc adducitur, prout & à Bellarm. *ibidem,* supposititius est planè; qod variis indiciis jamdudum deprehenderunt, tum nostri tum pontificii ipsi, qos apud *Coqum* nostrum in *Censur. pater.* & *Rivetum* in *critic. specim. lib. 3. cap. 5.* videre licet. *Bernardus* avtem seculo jam inclinato, & inqinato etiam non parum, vixit; ut inter patres antiqos locum nullo jure tueatur.

6. Qod Cassander *regenerationem aliter longe in parvulis qam in adultis spectari dicit;*

Qoad actus exercitiumqe, verissimum est, qoad essentiam ipsam, gratiæqe vim ac virtutem, humanum plane commentum est, verbo divino omni destitutum.

7. Whi-

7. Whitakerus, etiamſi Avguſtinum neget *de parvulorum fide avt habituali avt actuali, ſomniâſſe*; concedit tamen, ex Avguſtini ſententiâ *Spiritum Sanctum in infantibus habitare.*] Et qamvis *patres adfirmet ut ſomniâſſe qidem de habituali Papiſtarum fide*, qam illi volunt in baptiſmo ex opere operato infuſum eſſe; idem tamen *infantes, etſi fidem habitualem non habeant, à Spiritu Sancto nihilominus purgari aſſerit, eumqe in illis ineffabiliter operari, ut fiant novæ creaturæ, qia caro & ſanguis regnum cœlorum non poſſidebunt, & niſi ex aqâ & Spiritu Sancto renati fuerint, non poſſunt intrare in regnum cœlorum.*] *Ibid. cap. Extrem.* Ut poſſit ex Whitakeri ſententiâ, *regeneratio*, ex qâ novæ fiunt creaturæ, Spiritu Sancto ineffabiliter interius operante, vitiumqe nativum expurgante, in baptiſmo conferri, etiamſi fides nec habitualis nec actualis conferatur; nec neceſſe ſit itaqe, ut illud patres antiqi baptiſmo derogârint, qia iſtud non detulerint.

8. Qod ex præmiſſis infertur, *invalidam itaqe eſſe ratiocinationem iſtam.*

Multi ex infantibus baptizatis, poſtea pereunt in infidelitate & impœnitentiâ:

Ergo, fides, charitas & reliqæ ſpirituales qalitates in renatis Sancti Spiritus virtute productæ, aliqando amittuntur.]

1. Contra; hoc poſito, *veram ſolidamqe Spiritus Sancti gratiam ac virtutem regeneratricem in baptiſmo dari*, qod antiqi illi æqè ac *reatus amotionem* Sacramento iſti paſſim tribuunt, *Veramqe ac genuinam ſanctificationem*, qæ à juſtificatione nunqam divellitur; conſecutio validiſſima exiſtat neceſſe eſt; *Ergo baptizatorum ſi qi pereunt, perit pariter in eis, & in perpetuum amittitur, gratia virtuſqe regenerationis:* qæ cum ſit fidei charitatiſqe fons ac radix, cum eâ ſimul penitus amitti iſtas ac intercidere neceſſe fuerit.

2. Seqetur, qicqid de iſto fuerit;

1. *Non-*

1. *Non-electos quoſdam juſtificari*, contra quam ſtatuerunt in Synodo Dordracenâ Doctores à Magnâ Britania eô miſſi. Inter quos & Reverendus, & Epiſtolæ hujus Avtor ipſe, & Vir clariſſ. ad quem data eſt, extiterat uterque. 2. *Juſtificari quoſdam, qi nunqam ſint glorificandi:* contrà quam Apoſtolus ſtatuere videtur ad Romanos 8.30. Synodique illius pars maxima inde concludit.

Atque hæc ad *Partem Priorem*, in qâ *qid in Baptiſmo non detur*, indicatur, adnotâſſe ſuffecerit.

Ad

Ad partem posteriorem.

In qâ *qid in Baptismo detur*, exqiritur, transimus. Id *Propositionibus qinqe* absolvitur.

Propos. 1. In *Propositione* 1*a*. asseritur,

Membr. 1. 1. *Baptismi effectum primarium & universalem, qoad infantes baptizatos, hunc esse, ut ab originalis peccati reatu absolvat.*

VErùm nullus planè (qod mirum valdè) Scripturæ sacræ textus apexve producitur, qo dogma tam controversum statuminetur. At verò, uti Cyrillus, an Joannes Hierosolym. *Catech.* 4. Δεῖ περὶ τῶν θείων καὶ ἁγίων τῆς πίστεως μυστερίων, μηδὲ τὸ τυχὸν ἄνευ τῶν θειῶν παραδίδοσθαι γραφῶν.] Et Pavlus Ejtzenius, in Gen. lib. 1. cap. 17. *De Sacramentis simpliciter tantùm ex verbis Scripturæ judicandum est.*] Qin & Bellarm. ipse *de Sacram. l.* 1. *c.* 14. *Essentia & natura Sacramentorum non potest aliunde melius colligi, qam ex verbis ejus, qi ea instituit.*] Et Lutherus in libr. *advers. Cochleum*; (à Bellarm. etiam ibidem adductus) *In rebus sacris vehementissimus & robustissimus locus est, arguere ab avtoritate negativè.*] Merito jure nos itaqe in argumento isto, (qod adversus Pontificios nostri passim solent) ad Scripturas provocamus; Et, cum Vorstio in *Antibellarm. ad tom.* 3. *controv.* 2. *thes.* 6. & 7. *de baptismi effectu & efficaciâ*; *Negamus baptismum ipsum*

ſum per ſe, ſive ex opere operato, peccatum avferre, ſev qenqam juſtificare; qia nuſqam hac in ſacris literis indicata ſunt.] Atqe hæc nobis juſta præſcriptio eſto; ad qam aliunde premi nos ſicubi ſenſerimus, recurrere & confugere liberè liceat.

Hoc avtem nobis dato, (nec negare licitè) fixoqe, (nec revelli prorsùs poteſt,) qæ ſequntur hîc univerſa ex *Avguſtino, Proſpero, Bonaventurâ, Lombardo, Decretis, Epiſtolis, Articulis Synodicis*, ſunt mera Velitatio: arma ſiqidem decretoria non habent.

Qanqam & in iſtis excutiendis operam aliqam inſumere havd omninò pigebit.

Avguſtinum qod attinet. *Neminem*, inqit, *unqam eorum, qi ad Chriſtum acceſſerunt per baptiſmum, ſana fides, & ſana doctrina putavit exceptum à gratiâ remiſſionis peocatorum; nec eſſe poſſe alicui prater regnum ejus æternam ſalutem.*]

1. Potuit hoc Avguſtinus velle, neminem ad baptiſmum admitti, qi non peccatorũ remiſſione indigeat; avt qi citra remiſſionis gratiam, ſalutem obtinere poſſit, etiamſi regnum cœlorum non adipiſcatur. Eo enim diſſertationis inſeqentis ſeries univerſa collimat: qæ adverſus Pelagianos tota contexitur, qi baptiſmum docebant parvulis exhiberi, non ad peccatum, qod nullum haberent, tollendum, ſed ad regnum cœlorum eis comparandum.

2. Verba ſimpliciter & abſolutè ſumpta, proculdubio vera non ſunt, imò ſanæ tum fidei, tum doctrinæ adverſantur planè. *Acceſſerat* enim *ad baptiſmum*, & *ad Chriſtum per Baptiſmum*, Simon Magus, qem Petrus tamen peccatorum vinculis irretitum, etiam poſt baptiſmum acceptum, manſiſſe pronunciat. Act. 8. 23.

Qin & Avguſtinus ipſe *de bapt. contr. Donat. l. 2. c. 12.* hoc ipſo fundamento niſus fatetur, *Baptizari poſſe hominem baptiſmo Chriſti, cujus cor tamen in malitiâ, vel ſacri-*

ſacrilegio, perſeverans, peccatorum abolitionem fieri non ſinat.] Idemq; *ibid. l. 5. c. 24. Induunt homines Chriſtum aliquando uſq; ad Sacramenti perceptionem, aliquando uſque ad vitæ ſanctificationem; atque illud primum & bonis & malis poteſt eſſe commune, hoc autem proprium eſt bonorũ & piorum.*]

3. Non minùs fidenter Auguſtinus de æternâ parvulorum citra baptiſmum decedentium pœnis æternis, quàm hîc de baptizatorum reatu remiſſo, pronunciavit non ſemel. *Ad Hieron. Epiſt. 28. Quisquis dixerit, quod in Chriſto vivificabuntur etiam parvuli, qui ſine Sacramenti ejus participatione de vitâ exeunt, hic profectò & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam: ubi propterea cum baptizandis parvulis feſtinatur, & curritur, quia ſine dubio creditur, aliter eos in Chriſto omninò vivificari non poſſe.*] Idem *de animæ orig. l. 3. c. 9. Noli credere, noli dicere, noli docere, infantes, antequam baptizentur, morte præventos, pervenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum, ſi vis eſſe catholicus.*]

Qin & ulterius progreſſus, etiam *Menſæ participatæ* neceſſitatem parem ingerit, ex verbis Dominicis violenter nimis obtortis; *de peccat. mer. & rem. l. 1. c. 20. Avferatur dubitatio; Dominum audiamus, non ſuſpiciones conjecturaſque mortalium: Dominum audiamus, inquam, non de Sacramento lavacri dicentem, ſed de ſacramento ſanctæ Menſæ ſuæ, qo nemo rite, niſi baptizatus, accedit; Niſi manducaveritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitam in vobis. Quid ultrà quærimus? Quid ad hoc reſpondere poterunt, niſi pertinaciâ pugnaces nervos adverſus conſtantiam perſpicuæ veritatis intendant?*] Mitto quod *Innocentium* 1um. Pontificem Romanum idem eadem adfirmat, non *dixiſſe* tantum, *adv. Pelagian. lit. l. 4. c. 2.* ſed & *definiviſſe: adv. Julian. l. 2. c. 2.* Quæ tamen, tantum abeſt ut indubitatæ atque perſpicuæ veritatis exiſtant, ut in-

dubi-

dubitatæ atqe perſpicuæ veritatis exiſtant, ut tanqam ſanæ doctrinæ fideiqe catholicæ adverſa, non à noſtris duntaxat, ſed à Pontificiis ipſis qoqe rejiciantur & proſcribantur. Videatur Innocent. 3. *Decretal. lib.* 3. *tit de bapt. cap. Majores.* Et Pius 4. *Concil. Trid. ſeſſ* 21 *ſub ipſo* 5. *can.* 4.

Qod ſi qis in iſtis Avguſtino recuſaverit aſſentiri, nec nobis vitio vertat, ſi in dogmate hîc controverſo eidem nevtiqam acqieſcamus.

4. Nos interim Avguſtinum ipſum ſic nos compellantem avſcultamus, *de Trinit. lib.* 3. *cap.* 1. *Noli meis literis, qaſi Scripturis Canonicis inſervire: ſed in illis, & qod non credebas, cum inveneris, incunctanter crede; in iſtis avtem, qod certum non habebas, niſi certum intellexeris, noli firmiter retinere.*]

Qi & idem *ad* Vincent. *de Animæ. orig. lib.* 4. *cap.* 1. *Neqe enim negare debeo, multa eſſe in tam multis opuſculis meis, qæ poſſint juſto judicio, & nullâ temeritate culpari.*] *Sed & a* Marcellin. *Epiſt.* 7. *Si aliqid vel incavtius, vel indoctius à me poſitum eſt, qod ab aliis, qi videre id poſſunt, meritò reprehendatur, nec mirandum eſt, nec dolendum, ſed potiùs ignoſcendum eſt, atqe gratulandum, non qia erratum eſt, ſed qia improbatum ---- Vos ſi me talem aſſeritis adverſus eos, qorum malicià, vel imperitià, vel intelligentià reprehendor, ut me nuſqam ſcriptorum meorum erraſſe dicatis, fruſtrâ laboratis, non bonam cavſam ſuſcepiſtis, facile in cà, meipſo judice, ſuperamini. Et ad* Fortunatian, *Epiſt.* 111. *Neqe enim qorumlibet diſputationes, qamvis catholicorum & lavdatorum hominum velut Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat ſalvâ honorificentià, qæ illis debetur, aliqid in eorum ſcriptis improbare atqe reſpuere, ſi forte invenerimus, qod aliter ſenſerint qam veritas habet, divino adjutorio vel ab al is intellecta vel a nobis. Talis ego ſum in ſcriptis aliorum; tales, volo eſſe intellectores* [an, lectores] *meorum.*] Idem

deniqe cum Avgustino eodem sentimus, qi *ad Hieron. Ep.*8. (referente etiam Gratiano *dist.*9.) *Ego solis eis scripturarum libris, qi Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremqe deferre, ut nullum eorum avtorem scribendo aliqid errâsse firmissimè credam: alios autem ita lego, at qantalibet sanctitate, qantave doctrinâ polleant, non ideò verum putem, qod ipsi ita senserunt; sed qia mihi vel per illos avtores canonicos, vel probabili ratione, qod à vero non abhorreat, persvadere potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliqid aliter existimo.* Non aliter sentire certè professus est, *adversʃ. Pelag. lib.*3. *In dogmatibus & qæstionibus disserendis, non persona, sed causa qærenda est.*]

2. *Prosporum* qod attinet; *ad Gallor. object. part* 2, *ad sent.* 2. *Negat eum esse catholicum, qi dixerit, qod ab his, qi non sunt prædestinati ad vitam, non avferat percepta baptismi gratia originale peccatum.*]

Verum idem æqè fidenter, *ad object. eadem part* 1. *cap.*3. *A sanctitate ad immunditiam, a justitia ad iniqitatem, à fide ad impietatem plerosqe transire, non dubium est.*] Qod doctrinæ *de sanctorum perseverantia* pro orthodoxâ in Synodo Dordrechtanâ definitæ & propalatæ adversatur clarissimè. Nec in illo magis nos, qam in isto constringit avtoritas *Prosperi.*

3. Concilium Milevit. *can.* 11. *Infantes ideò in peccatorum remissionem baptizari, ut in eis regeneratione mundetur, qod generatione traxerunt.*]

At amplius qiddam est *regeneratio* & *mundatio*, qam *remissio* mera, & qod sine internâ renovatione, & imaginis ex parte restavratione, qæ in baptismo facta non agnoscitur, neqeat ullâ ratione consistere.

4. *Exulum in Sardiciâ Epistola Synodica*, qod asserit, *Esavum accepto sacramento reatu peccati originalis caruisse.*]

1. Ergò & justificatus est Esav; & per consequens *non electus* aliqis *justificatus*: contra qam Reverendus Vir

ipse

ipse in Synod. Dordrecht. in *judic. de artic.* 1. *de non-Elect. thes.* 4. Ergo & alicui non dilecto peccata dimissa. *Mal* 1.2,3. & *Rom.* 9.13. contra quam Antecessor ipsius, reverendus Episc. Robert. Sarisb. *in Thomson. diatrib. cap.* 7. *Esav & Jacob uterque circumcisus: sed alterum dilexit deus, alterum odit, & quem odit non justificavit, non sanctificavit, non renovavit, ut manifestum sit justificationem cum circumcisione non semper fuisse conjunctam.*] De qo videndus, & Petr. Martyr *in* 1 *Cor.* 7.14 *fol.* 94. *fac.* 2 & Chamier. *panstrat. tom.* 3. *l.* 13. *c.* 21. *Sect.* 34.

2. Videatur insuper, annon absurdum videri possit si asseratur, masculos omnes tunc dierum, post diem octavum, peccati originalis reatu caruisse; retinuisse autem eundem fœmellas universas, donec vel extremum diem obirent, vel ætatem saltem maturiorem attingerent.

5. *Concilium Valentianum hoc firmissimè tenendum,* qod dicitur, *definire.*

1. Objici poterat, *Concilium Valentianum* istud esse seculi seqioris, qo doctrinæ Christianæ puritas defectionem gravem admodum perpessa fuerat: ut tam *Nicenum* 2. qod integro fere seculo Valentianum illud antecesserit, pro *imaginum cultu,* qàm Valentianum istud pro *baptismi efficaciâ*, producere liceat. Qin & tam *Carisiacum,* temporibus eisdem paulò antè celebratum, contra *prædestinationis decretum absolutum*, qàm *Valentianum* istud, prò eodem, urgere licebit: ut incertus interim hæsitaturus sit, qi conciliorum definitionibus fidem suam subjecerit, in qam partem sit concessurus.

2. *Conciliorum definitiones,* nisi verbo scripto suffulciantur, nullum apud Christi fideles in rebus fidei, autoritatem justam obtinent. Scripturæ autem à Concilii istius patribus, ad sententiam suam hâc in parte firmandam, adductæ, scil. *Rom.* 6. 3. *Gal.* 3. 27. *&*

Hebr. 10. 22. nihil continent, unde dogma istud eliciatur, aut si contineant, cur non eæ potiùs, quàm Concilii decreta in hac causâ urgentur?

3. Tam *regenerationem* veram, de qâ Christus, *Joan.* 3. 5. quàm *peccatorum remissionem* in baptismo conferri concilium istud eo ipso in loco, nempe *cap.* 5. statuit. At verò, regeneratio ea certe non est, quæ non est univocè sic dicta, nec ea erit unquam, quæ non est univocè sic dicta, de qâ Christus verba habuit.

4. Opponere liceret adversa Theologorum judicia, in *Concilio* celeberrimo *Dordrectano* recepta & approbata, prout superiùs relata sunt *ad part. prior. propos.* 1. & 2. Verum Augustinum audimus *adv. Maxim. Arian. lib.* 3. *cap.* 14. *Nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminense, tanquam* * *præjudicaturus proferre Concilium. Nec Ego hujus autoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum autoritatibus, non quorumque propriis, sed utrisque communibus testibus, res cum re, causa cum causâ, ratio cum ratione concertet.*]

6. *Suffragantur*, inqit, *Pontificii.*

1. *Pontificii* hâc in causa qid sentiant meritò susque deque habemus.

2. *Pontificios* nostri hâc in parte oppugnant, uti posteà liquidò patebit.

Sed videamus tamen qid dicant, qi istic adducuntur, *pontificii.*

1. Lombardus; *Sacramentum & rem simul suscipiunt omnes parvuli, qi in baptismo ab originali mundantur peccato.*

At 1. *Res Sacramenti*, & præcipua qidem est *Regeneratio, Sanctificatio, Spiritus renovatio.* Tit. 3. 5. Eph. 5. 26. Non *reatus originalis* mera *remissio.* Et illud etiam sonat *mundationis* Vocabulum. Atque ita Lombardus ipse *sent. lib.* 4. *d.* 3. *Sect.* 11. *Causa institutionis baptismi est innovatio mentis; ut homo, qi per peccatum*

* Præestinatus vulgò.

vetus

vetus fuerat, per gratiam baptiſmi renovetur; quod fit depoſitione vitiorum, & collatione virtutum.] Et mox: *Res hujus Sacramenti juſtificatio eſt.*] Qid avtem *juſtificationis* nomine intelligant iſti, notius eſt, qàm ut moneri opus ſit.

2. Lombardus itaqe baptiſmo illud etiam tribuit. Nam & *ſent. lib.4.d.1.Sect.9. Baptiſmi ſacramentum* in hoc aſſerit eſſe *circumciſione perfectius, qia in baptiſmo non tantum abolentur peccata, ſed & gratia adjutrix confertur; ----unde aqa refectionis dicatur.*] *Ibid.d.3. Sect. 8. baptiſmum maculas animæ ſordeſqe vitiorum emundando abſtergere.*] Qin & eo inclinat *d. 4. Sect. 8.* ut *parvulis* ſtatuat *in baptiſmo dari gratiam operantem & cooperantem illam ipſam, qæ in fide & charitate conſiſtit, in munere, non in uſu.*] In qo Lombardo ſuffragari Avtor recuſat.

2. Bonaventura; *Parvuli recipiunt rem Sacramenti, qæ eſt remiſſio originalis.*]

At, qod ſupra monitum, latiùs patet *res Sacramenti*, & latiùs etiam ab ipſo Bonaventurâ extenditur, qàm ut Author Bonaventuræ calculum ſuum velit concedere. Diſertè enim concludit *ad ſent. lib.4.d.4.q.2. parvulos planè recipere rem Sacramenti; dariqe parvulis in baptiſmo habitus perfectos virtutum, qamvis per illos non operentur.*]

Qin & concedit huc tota fere Scholaſticorum cohors, uti ex ſupraindicatis, havd eſt animadverſu difficile.

Nobis itaqe, à Pontificiis in altero diſcedendi copiâ tribui jure poſcimus ab illis, qi in altero ab eiſdem ipſi diſcedunt.

7. *Suffragantur*, inqit, *& noſtri.*

1. Imò adverſus Pontificios, Lutheranos & Arminianos etiam aliqos, ſententiam contrariam noſtri pleriqe tuentur. Vorſtius *Anti-Bellarm. ad tom.3.contr.2. theſ.6 & 7. de baptiſmi effectu & efficaciâ. Evangelici*

unicum duntaxat generalem baptiſmi effectum agnoſcere ſolent, nempe obſignationem geminæ gratiæ ſalutaris in Evangelio promiſſæ, de remiſſione ſimul & expurgatione peccatorum per ſanguinem & Spiritum Chriſti.] Et mox: *Negamus autem baptiſmum ipſum per ſe, ſive ex opere operato, peccata avferre, ſev qenqam vere juſtificare, ſive interna ratione ſanctificare,* &c. *tum qia nuſqam hæc in Sacris literis indicata ſunt; tum maximè qia illis qæ ibi diſerte tradita ſunt aperte repugnant.*]

2. Qi noſtri? qæro.

Non Zvinglius. Is enim *declarat. de peccat. orig. p. 122. vitium originale ſolo ſanguine Chriſti tollitur, & lavacro baptiſmi tolli neqit.*] Et mox: *Baptiſmi lavacro nullum peccatum tollitur.*]

Non Calvinus. *Inſtitut. l. 4. c. 16. ſect. 21. nihil plus in pædobaptiſmo præſentis efficaciæ requirendum, qàm ut fœdus cum illis a Domino percuſſum obſirmet & ſanctiat.*]

Non Beza. *ad Art. colloq. Mompelg. de bapt. p. 89. Falſum eſt, Omnes rite baptizatos baptiſmi gratiam conſeqi.*]

Non Urſinus. In *tract. theolog. adv. theſ. 7. de fid. per Sacram. confirm. p. 579. verum eſt qidem non omnes, qi circumcidebantur foris, etiam intùs a Deo circumciſos fuiſſe.*] Et poſt: *Dum foris circumciduntur infantes, qæ eſt impudentia negare, qod intus etiam a Deo circumcidebantur, ſalva tamen libertate electionis & vocationis Divinæ?*]

Non Zanchius. *de operib. redempt. l. 1. c. 16. tit. de bapt. Reprobi licet lavacro aqæ baptizentur, beneficiorum tamen, qæ per baptiſmum conferuntur, expertes manent.*]

Non Petrus Martyr. *In Gen. 17. p. 70. non hic ſunt univerſales propoſitiones admittendæ, cum de circũciſione, tum baptiſmo, ut dicamus; Omnis qi iſta ſymbola reci-*

pit

pit regeneratur.] Et *in* 1. *Reg.* 8. *append. de exorcism. fol.* 73. *fac.* 2. §. 11. *Caput superstitionis illud est, quod isti homines opinantur baptismo externo primũ condonari peccata: sed vehementer falluntur.*] Et *f.* 74. *sec.* 16. *Justificatio a baptismo non pendet.*]

Non Bucerus. Qui *in Math.* 3. *retract.* citante Bellarmino *de sac. bapt. l.* 1. *c.* 4. *asserit prædestinatos parvulos etiam sine baptismo servari; non prædestinatos etiam cum baptismo damnari.*]

Non Danæus. *adv. Bellarm. tom.* 2. *de bapt. c.* 4. *p.* 324. *Baptismalis aqua neque ut causa efficiens justificationis; neque ut instrumentalis requiritur; sed duntaxat ut obsignativum sigillum.*]

Non Whitakerus. *De Sacram. q.* 4. *c.* 1. *arg.* 1. *p.* 58. *c.* 2. *Non ex opere operato, ne parvulis quidem, gratiam conferri à Sacramentis affirmamus, ut necesse sit habere gratiam omnes, qi Sacramenta percipiunt.*] Et *c.* 3. *rat.* 1. *ad secundum p.* 88. *c.* 2. *multi infantes damnantur cum baptismo; & multi sine baptismo servantur.*] Et *de bapt. q.* 1. *c.* 3. *voc.* 4. *Baptismus, etsi infantibus non prædestinatis nil prosit; tamen electis prodest, eo modo, qo Deus novit.*] Et *ibid. q.* 2. *c.* 2. *ad* 3. *Neque enim omnes Christianorum liberos putamus nasci sine reatu originalis peccati; aut si moriantur, vel post baptismum, omnes servari: hoc Deo soli notum, qi novit qi sint sui.*]

Non Piscator. *Thes. Theologic. vol.* 1 *loc.* 25. *sect.* 20. *Posito baptismum lavacrum regenerationis appellari: dicendum erit, id non hoc sensu fieri, qod regeneratio per baptismum simpliciter efficiatur; — sed qod baptismus sit divinum atqe efficax testimonium, qo Deus electis baptisatis efficaciter, testatur, se illos per Spiritum Sanctum regenerare ac renovare, &c.*]

Non Chamierus. *panstrat. tom.* 4 *l.* 2. *c.* 7. *sect.* 24. *Baptismus prodest ad salutem. Sed non operatur sanè salutem eodem momento.*] Et *tom.* 3. *l.* 13. *c.* 21 *sect.* 34.

Negamus unquam remitti reapſe peccata eis, qi non pertinent ad æternam electionem.]

Non Robertus Epiſc. Sarisber. *adv. Thomſon. diatrib. c. 7. Sacramenta in illis tantùm vim ſuam ſpiritualiter exerunt, qi ſunt filii promiſſionis & hæredes gratiæ.*] Et mox: *Neqe in illis ſunt uno modo efficacia, ſed in aliis citiùs effectum ſuum, in aliis ſeriùs, operantur.*] *Ibid. Paulus Apoſtolus ab utero ſegregatus per beneplacitum dei, ſed non juſtificatus; qi eo fine credit in Chriſtum, non ut juſtificationem repararet, in circumciſione perceptam, ſed ut juſtificaretur per fidem Chriſti.*]

Non Georgius Epiſc. Derenſis. *De perſever. c. 12. ſect. 3. Non eſt neceſſarium ut infans qivis baptizatus ſtatim regeneretur avt juſtificetur: verum Sacramentum bapiſmi ſigillum eſt juſtitiæ fidei, ſive Chriſti, avt Electis in infantiâ obeuntibus â Spiritu Sancto applicandæ, avt ad annos maturiores pervenientibus fide, qâ tum donantur, apprehendendæ.*]

Non profeſſores Lejdenſes, Polyander, Rivetus, Walæus, Thyſius. In *Synopſi purioris Theolog. diſpu. 44. de bapt. The. 29. Efficaciam baptiſmi non alligamus ad momentum, qo aqâ externâ corpus tingitur.*]

8. Verùm *eandem eſſe noſtrorum ſententiam* patet *ex Articulo* 27. *& Adminiſtratione baptiſmi.*

1. *Articulus* 27. hoc tantum dicit, *Baptiſmum eſſe ſignũ regenerationis, per qod tanqam per inſtrumentum, promiſſiones de remiſſione peccatorum & adoptione noſtrâ in filios dei, viſibiliter obſignantur; recte baptiſmum ſuſcipientes Eccleſiæ inſeruntur, fides confirmatur, & vi divinæ invocationis gratia avgetur.*] Qæ ad rem, de qâ agitur, qomodò qicqam faciant, ego ſanè nullus video.

2. *Liturgiam* qod attinet.

1. Aliter ea intellexiſſe, qæ ibi habentur, venerandos reverendoſq; illos tum Epiſcopos, tum doctores noſtrates, qi ſunt ſupra allati, ex eis liqet, qæ ſunt ex ſcriptis eorundem allegata.

2. Tam *regeneratio* actualis & *renovatio* interna, qàm & *remiſſio* peccatorum in pædobaptiſmo collata poterit inde concludi, ſi τὸ ῥητὸν urgeatur, cum illud tamen ab avtore iſtic pernegetur.

9. *Effectum hunc remiſſionem reatus originalis conferendi ad Electos ſolos arctare, uti olim, ita nunc etiam aliqos, ex ſcriptis illorum veriſimile fieri aſſeritur.*

1. Qinam illi ſint, qi effectum iſtum cum ſtatuant, ad Electos ſolos reſtringant, mihi non liqet. Nam Burgeſius noſter, qi *de gratiâ baptiſmali* libellum havd ita pridem evulgavit, etſi *Spiritu Sancto* velit *Electos omnes in baptiſmo donari*, tamen *nec ad juſtificationem, nec ad ſanctificationem*, pro ſtatu præſenti, eundem dari agnoſcit.

2. Qi ſupra adducti ſunt Theologi noſtri, etiamſi baptiſmi beneficia ad *Electos* ſolos reſtringant, non tamen in ipſo baptizandi actu eiſdem ea perpetuò communicari concedunt; ſed contrarium potiùs obnixè tuentur. Hoc tantùm fundamento dogma iſtud de perpetuo baptiſmi effectu ad reatum ſolvendum, baptizatumqe juſtificandum, convellunt, qod reprobis beneficia iſta nullo modo competant, qibus tamen ex ordinatione divinâ, Sacramentum illud communicatur. Aliud eſt avtem, ſtatuere remiſſionem peccatorum in baptiſmo qidem conferri, verum Electis ſolis, licet omnibus, tunc tribui: Aliud inde probare, hoc in baptiſmo non perpetuò conferri, qia tunc reprobis etiam tribueretur.

10. *Scrupulum hunc illis injeciſſe* perhibetur, *qod putant minimè conſentaneum, ut ullo modo avt tempore ordinatus habeatur ad vitam æternam, qi non eſt*

pra-

prædestinatus ad eandem infallibiliter obtinendam.]

Verum *hoc non esse adeo magni momenti. Cum stare possit in parvulis temporanea ordinatio ad vitam per remissionem originalis peccati, absque beneficio Electionis, qa ad vitam æternam infallibiliter destinat & perducit.*]

Quod probatur:

1. *Collatione parium. Exemplis angelorum lapsorum, & Adami in statu innocentiæ considerati; quos certum est fuisse quodammodo & in quodam signo rationis sufficienter ordinatos ad vitam æternam, licet non fuerint per illam dispositionem, aut in illo signo, infallibiliter prædestinati ad eam capessendam.*]

2. *Ratione contrariorum. Instantiis Electorum vel nondum conversorum; ut Pauli adhuc blasphemi; vel conversorum quidem, sed in crimina enormia lapsorum; ut Davidis adulterii perfecti rei, & nondum pœnitentis; in quibus stabat quadam ordinatis ad mortem respectu præsentis conditioni, cum staret interim firma eorundem electio æterna ad vitam & beatitudinem cœlestem.*]

1. Quosnam scrupulus iste moverit, ego nescio. Alii prorsus asserunt; cur in contrarium concedant sententiam, tum Theologi superiùs allati, tum qi illis consentiunt.

1. Qia *ut baptismi beneficia consequamur, opus sit fide, vel saltem Spiritu fidei & pœnitentiæ, qo certè non donantur nisi Electi.*] Zanch. *de Operib. redempt. l. 1. c. 16. sit. de bapt. in definit. cont* 1.

2. Qia *remissio peccatorum & justificatio sint electionis Divinæ effectus notæque; Electio ipsa beneficiorum istorum causa.*] Zanch. *de attribut. dei l. 5. c. 2. de prædest. sanct. thes. 2. § 2. & q. 3. thes. § 2.*

3. Qia *solos electos justificari constat,* ex avreâ illâ Apostoli caterâ Rom. 8. 30. *Quos prædestinavit hos vocavit, quos vocavit justificavit.* Quod est reciprocé & adæ-

qui

qate ponendum: hos nempe & non alios; ut Augustinus de prædest. Sanct. Non-electi autem ad statum justificationis nunqam perveniant.] Theologi Britan. *in Synod. Dordret. ad art. 1. de Elect. thes. heterodox. 7. Et art. 5. de Non-elect. thes. 4. & Robert. Sarisb. adv. Thom. diatrib c. 5.*

4 Qia ex Apostoli verbis illis Rom. 8. 30. *Qos justificavit, hos etiam glorificavit, colligitur, omnes illos, qi justificantur, necessario qoqe glorificari.*] Theologi Hassiac. *in Synod Dordret. ad artic. 1. contr. Remonstr. rat.* Et Crocius *de persever. Sanct. l. 2. c. 4. test. 3.*

2. *Posse aliqem in eo statu consistere, ut pro præsenti tempore sit ad vitam æternam sufficienter dispositus, qâ tamen postea excidat*; si rem absolute ac simpliciter consideremus, nemo, opinor, negaverit. Verum hoc qæritur, an juxta eam, qam solam Deus statuit, & in verbo suo patefecit nobis, seriem salutis, rerumqe ad eam spectantium ordinationem, lapsorum hominum qisqam in statu ejusmodi avt constitutus sit unqam, avt etiam esse qeat.

Hoc avtem, cum minime evinci posse videatur, meritô scrupulum injicicere havd contemnendum potuerit, qo minus dogmati isti tam laxo assensus præberetur.

Nam 1. *Angelos lapsos, hominesq́, protoplastos* qod attinet, qis non, orthodoxus saltem, regeneratorum ac justificatorum in Christo statum firmiorem, qam qi illorum fuerat, agnoscit? qum τὰ χαρίσματα istis collata ἀμεταμέλητα existant. Rom. 11. 29. qalia ipsorum bona nevtiqam fuerant

2. De *Electis* qod subjicitur:

1. Ut de nondum conversis nihil dicam; neqe enim, valida satis est seqela ista; *Qi in statu peccati & mortis fuerant, per dei gratiam ex eodem emergere potuerunt; Ergò in statu gratiæ vitæqe iidem jam constituti, eodem possunt*

possunt denuò recidere. Qod *artic.* 5. in *Synod. Dordret. stabilito ex diametro repugnabit.*

2. De *Davide* qod hic asseritur, *fuisse ad mortem respectu præsentis conditionis ordinatum, priusquam de adulterio perpetrato pœnitentiam egisset*; vereor ut usq; qaq; verè possit enunciari, præsertim (ut alia omnia, qæ in contrarium opponi possint omittam) cum Reverendum Avtorem ipsum avdiam cum Assessoribus suis in Synod. Dordrect. pronunciantem in *judicio de artic.* 5. *ad thes. heterodox.* 5. *Sanctorum lapsibus non abrumpi justificationem, avt amitti adoptionem. Nec gravia illa carnis peccata fidelem a statu justificationis adoptionisq; deturbare.*] Et *de persever. certitud. qoad rem thes.* 6. *In interstitio dicto, jus ad regnum cœlorum non tolli, justificationem universalem non irritam reddi, statum adoptionis manere immobilem, semen regenerationis, unà cum omnibus fundamentalibus donis sine qibus hominis regenerati status non consistit, sartam tectam conservari.*] Qomodo avtem possit, avt cum istis *ordinatio ad mortem*, avt cum *ordinatione ad mortem* ista consistere, hebetior est acies mentis meæ, qam ut dispicere valeat.

Verùm concessa, qæ hîc ponuntur universa, scrupulum eum, qi nobis hîc verè meritoq; molestus est, non eximunt, unde possit constare, *ex ordinatione divinâ*, in statu vitæ ac salutis post Adæ lapsum, qenqam unqam constitisse, pro tempore saltem, qi ad vitam æternam præscitus ac prædestinatus non fuerit.

2. Propos. 1. Membr. 2. 2. *Ab hoc primario baptismi effectu, originalis scil. peccati in parvulis remissione, resultare* dicitur *eorundem justificatio, regeneratio, translatio & insitio in Christum, sanctificatio, adoptio, sive ad regnum cœleste acceptatio.*]

De

De qibus ordine videbitur.

Artic. 1. 1. *Juſtificationem* quod attinet.

1. *Quod dicuntur juſtificati in baptiſmo, id ex hâc remiſſione originalis peccati exoriri*] dicitur. *Cum juſtificatio re non differat ab expiatione ſive remiſſione originalis peccati*] Id quod ex *Vaſqezii & Bonaventuræ* teſtimoniis comprobatur; *qi ab hoc ſolo peccata culpâqe contractâ, non actâ, in baptiſmo, parvulos* ajunt *juſtificari.*]

At 1. *A remiſſione juſtificationem ortum habere,*] minimè vero conſentaneum videtur; cum *remiſſio* eſſe etiam ibi poſſit, ubi *juſtificatio* nulla ſecutura ſit; & juſtificationis efficacis illa potiùs conſeqens exiſtat, ut rectè Bradſhavus obſervat, *de juſtif. c.* 8. §. 1.

2. Multo minùs videtur, qod ſubjicitur, *juſtificationem infantium re non differre, ab expiatione ſev remiſſione originalis peccati.*] Cum ſint iſta duo *remiſſio* & *juſtificatio*, ſive in infantibus, ſive in adultis ſpectentur, ſive peccata originalia ſive actualia reſpiciant, (neqe enim avt ſubjecti, avt objecti variatio qicqam hîc mutat) ratione & definitione ipſâ à ſe invicem diſtincta.

2. *Papiſtas qoſdam ideò cogi, ut juſtitiam infuſam ſev inhærentem ad infantium juſtificationem reqirant, qod juſtificationis cavſam formalem inhærens qiddam ſtatuant in juſtificato, qod faciat illum cœlo vel æternâ vitâ dignum.*]

Nos avtem cum in controverſiâ de juſtificatione errorem hunc adverſemur, non debere in juſtificatione infantium, eundem approbare.]

1. *Pontificii* ergò omnes coguntur in baptiſmo ſanctificationem, ſive juſtitiam inhærentem collatam agnoſcere, qotqot juſtificationem eâ ratione definiunt. Hanc avtem juſtificationis rationem ſtatuunt,

Con-

Concilii Trident. Patres *Seſſ.6.cap.7.& can.11.* Eſt igitur illud commune Eccleſiæ pontificiæ dogma, *ſanctificationem*, ſive *juſtitiam inhærentem in baptiſmo conferri*; quod tamen ſupra, *part 1. Propoſ.3.* negatum videtur.

2. Aliud eſt, cum pontificiis, ſive in infantibus, ſive in adultis, *juſtificationem* cum *ſanctificatione* confundere, vel *juſtificationis* nomine potiùs *ſanctificationem* etiam comprehendere. Quod tamen è noſtris notæ inſignioris quoque non nemo admiſit exponendo illud, *Gen.15.6.*

Aliud hanc ab illâ nunquam eſſe ſejunctam aſſerere, quod noſtri paſſim profitentur plerique; quemque errorem, error modo ſit, reverendus Avtor ipſe inſigniter & cumprimis erravit, in *comment. ad Coloſ.2.12.13.* ubi *de baptiſmi virtute & efficaciâ* diſſerit: uti *ad part 1. Propoſ.4. Sect.4.* ſuperius adnotavimus.

3. Aliud eſt denique juſtitiæ inhærenti huic meritum aliquod, quod pontificii faciunt, tribuere.

Aliud ad vitam æternam conſequendam, & ad regni cœleſtis introitum eandem neceſſarium cenſere. Quod noſtri etiam Spiritu Sancto præeunte, *Joan.3.3.5.7. Hebr.12.14.* in Scriptis ſuis paſſim profitentur.

Artic.2. 2. *Regenerationem hinc reſultare. Ab hâc enim originalis peccati remiſſione ita dependere, quod infantes in baptiſmo dicuntur regenerari, ut vix, aut ne vix quidem, ab eâdem diſtinguatur.*] Quod *Auguſtini* & *Caſſandri* teſtimoniis comprobatur.

At verò 1. *Regenerationem* hinc *reſultare*, aut eandem cum illâ rationem obtinere, mihi planè à vero magis adhuc alienum videtur.

Nam.1. A regeneratione potiùs juſtificationem, qæ in adultis per fidem (qæ regenerationem præcedere ut poſſit, ego ſanè non aſſeqor) acquiritur, quàm ab iſtâ illam reſultare, rite forſan diceretur. Præſertim, ut Apoſtoli illud omittam, *Tit.3.5,6.* cum in Liturgiâ noſtrâ

noſtrâ baptiſmali, concipiatur ſupplicatio pro infante baptiſando *Ut per regenerationem ſpiritualem peccatorum remiſſionem obtineat.*] Tanqam ad hanc illa, non ad illam hæc via ſit.

2. Videatur an non pontificio errori illi affine ſit iſtud, *Remiſſionem peccatorum cum renovatione hominis & regeneratione confundere.*

Nam *Auguſtinum* errorem illum pontificium erraſſe (quod tamen eſt λόγυ κ) ὀνομάτων μᾶλλον, ἢ πραγμάτων ζήτημα) mihi luce meridianâ clarius videtur.

Quanqam in eo qi iſtic citatur loco, hoc tantùm dicit, *Renovationem eam, qa fit in baptiſmo,* (qo nomine ſcil. tum reatus abolitionem, tum ſordium etiam abſterſionem comprehendit) *qatenus in peccatorum omnium remiſſione conſiſtit, uno momento peragi.*] Verum Auguſtini ſententiam de effectu baptiſmi ſatis ſuperqe excuſſiſſe videmur, *ad part* 1. *Propoſ.* 5. *Sect.* 1.

2. Si *Regeneratio cum remiſſione* ſit *eadem,* qomodo *regeneratio à remiſſione reſultat?* Annon lectorem Vir præſtantiſſimus ludere videtur, qum *infantes in baptiſmo remiſſione peccatorum donari,* in *propoſitionis* hujus *membro primo* dicat: tum in *ſecundo* etiam *regenerari* tunc aſſerat, & *regenerationem hanc, qâ regenerantur, à peccatorum remiſſione reſultare:* Mox progreſſus pavlò, *regenerationem iſtam à peccatorum remiſſione vix, avt ne vix qidem, diſtingui;* ut nihil amplius, verbis tantùm vocabuliſqe mutatis hîc dicat, qàm qod in *membro primo dixerat, de remiſſione peccatorum in baptiſmo donatâ:* Et revocet denuò qod in hoc *membro* ſtatuerat, de *regeneratione* neſcio qâ *inde reſultante:* nege enim *reverâ regenerari,* ſed *peccata* duntaxat *remiſſa* haberi.

Artic. 3. 3. Idem aſſeritur *dicendum de tranſlatione ex veteri Adamo, & inſitione ſive incorporatione in novum eſſe enim hoc cum remiſſione originalis peccati connexum.*

um. Cum ſtatim atqe remotus ſit ab infante reatus, gem in primo Adamo contraxerat, ipſo facto in novi proſapiâ familiaqe cenſeatur. Qod *utrumqe itaqe, tum* Beza, *tum* Avguſtinus *etiam, conjunxerit.*]

Atqi 1. Aliud eſt, ita eſſe ſecum *invicem connexa*; qod nemo, credo, unqam avt negavit, avt negaverit; aliud unum idemqe prorſus eſſe; vel alterum etiam ab altero, tanqam effectum à cavſâ propriâ immediate profluere.

2. Ubicunqe peccatorum remiſſio datur, proculdubio ſimul etiam ex veteris Adami ſtirpe reciſio fit, & in Chriſtum ipſum incitio ſpiritualis. Verum iſtam, tum reciſionem, tum & inciſionem, non merâ reatus remiſſione, ſed internâ qadam in animâ hominis, ſpiritus Sancti operatione, peragi docet Apoſtolus diſerte, *Rom.* 6. 2. 6. & 11. 17. 1 *Cor.* 6. 17. Eph. 4. 16.

3. Beza, loco adducto, baptiſmo nihil aliud tribuit, qàm *obſignationem incitionis in fœdus* (qo comprehendi etiam nondum baptizatos noſtri paſſim tuentur) *& peccantis peccati remiſſionem*, qæ ante fidem morientibus obveniat, non qæ in baptiſmo actu collata ſit.

4. Avguſtinus, loco iſtic prolato à *tranſlatione* potius *remiſſionem* reſultare videtur innuere, qàm ab iſtâ tranſlationem. *Antiqo*, inqit, *debito non tenetur, qi hæreditatem patrimqe mutavit.*]

Artic. 4. *Sanctificationem qoqe à remiſſione reſultare* aſſeritur, *& in originalis peccati ablutione maximâ ex parte conſtitutam eſſe.*]

1. *Qum enim immundities eorum in fœditate originalis peccati conſiſtit; & purgatio in ejuſdem ablutione. Et cum polluti dicantur reſpectu habito ad reatum illius nondum extinctum, ſanctos etiam meritò dici ex reatu illo jam expiato.*]

1. Qod de *regeneratione* prius dictum eſt, idem de *ſanctificatione*, qod eſt regenerationis vel membrum,

ſi

si strictiùs, vel & effectum, si latiusculè sic matur, dicere licebit. Sunt *connexa* inter se invicem, & ex ordinatione ac dispositione divinâ inseparabilia, *peccatorum remissio* & *sanctificatio*. Verùm alteram ex alterâ dimanare ac resultare, id verò probandum superest.

2. Ratio hîc adducta diversum planè, vel adversum potiùs, svadere videtur. *Immunditiæ* enim originalis vitii, fœditasqe, est aliud quiddam à *reatu* : nec eâ verò *remissione* tollitur, sed *renovatione* interna abstergitur. Qin nec à *reatu* solo *polluti* dicuntur infantes; imò non omninò, proprie loqendo, *reatu* qis *pollui*, sed *obstringi* dicitur : *fœditas polluit*, *reatus obstringit*. Nec in reatu ablato, qod est justificationis, sed in fœditate ablutâ, sanctificatio consistit; ni velimus Pontificium, qod dictum est, errorem errare, & ista secum invicem commiscere.

2. *Non negatur & infantes baptizatos, aliis etiam nominibus sanctos sive sanctificatos dici*]

1. *Qod Trinitati Sacrosancta sint dicati.*]

2. *Qod sacro-sancto Christi sanguine in baptismo aspersi ad remissionem peccati inhabitantis obtinendam.*]

3. *Qod habeant in se Spiritum Sanctum incolentem, licèt non per fidem, ut adulti, arcano tamen modo, nobisqe incognito : qod & Augustinus ad Dardan. Per incolatum autem tam divini & sancti hospitis non posse non hospitium (prout fert ejus conditio) sanctificari*]

4. *Propter Autorem sanctitatis ineffabili modo in illis operantem, qicqid à talibus requiritur, ut sancti reputentur. Qod qid sit, nescire se. Negatur tantum obiter, fidei, justitiæ, sive gratiæ infusæ, aut actus, aut habitus, recipi.*]

Magnâ certe ex parte involuta sunt ista; nec certo aliqo aut fundamento nixa, aut vestigio etiam fixa satis videntur,

1. *Sanguinis Christi aſperſio, Spiritus Sancti collatio*, & qæ eam ſequitur, qæcunqe ea tandem fuerit, *ſanctificatio*, ad baptiſmi momentum, nullo ex paginâ ſacrâ fundamento, reſtringuntur, contra receptam noſtrorum plurimorum ſententiam, uti ſuperiùs oſtenſum eſt.

2. *Aſperſi* dicuntur *infantes in baptiſmo, ſanguine Chriſti, ad remiſſionem peccatorum.* Verum id niſi ſacramentaliter tantùm intelligatur, *renovationem internam*, qæ tam obnixè negatur, & reverâ neganda videtur, neceſſariò ſubinferet. Cum ea ſit ſacro-ſancti illius ſanguinis efficacia, ut aſperſus, non à reatu tantùm immunem reddat, ſed & ab internâ labe ac contage emundet. *Hebr.* 9. 14. & 10. 22. 1 *Pet.* 1. 3 Et hoc potiùs, qam illud, Sacramento iſto adumbrari & repræſentari videatur. *Rom.* 6. 2. 6. *Col.* 2. 11, 12. *Eph.* 5. 26. *Tit.* 3. 5. prout & in *circumciſione*; cui ritus ille ſucceſſit, cujuſqe vicem jam gerit. *Deutr.* 10. 16. & 30. 6. *Jer.* 4. 4. & 9. 25, 26. *Ezek.* 44. 7, 9. *Rom.* 2. 28, 29. *Col.* 2. 11, 12. Whitaker. *de Sacr. q.* 4. *c.* 3. *claſſ.* 2. *rat.* 1. *ad* 4. poſtqam citaſſet Auguſtini illa ex *qæſt.* 84. *in Levit. Etſi inviſibilis ſanctificatio eſſe poteſt, & prodeſſe ſine viſibili: tamen non contemni debet viſibile ſacramentum, qia contemptor ejus non poteſt inviſibiliter ſanctificari.*] Hæc ſubjicit; *ubi notandum eſt Auguſtinum Sacramentis non niſi viſibilem ſanctificationem tribuere: at viſibilis ſanctificatio non eſt juſtificatio à peccatis. Nam illa eſt inviſibilis ſanctificatio, qæ non habetur ex Sacramentis ipſis.---Viſibilis ſanctificatio, fateor, per Sacramenta fit ex opere operato.---Nam ſi Sacramenta juſtificarent ex opere operato, tum haberent inviſibilem gratiam, & ſanctificationem.*]

3. Infantes, ſi *Spiritum Sanctum incolentem* habent, certe & *ſanctificationem*. Sic enim Auguſtinus hîc adductus eo ipſo in loco ratiocinatur. Uti *ad part* 1. *propoſ.*

*propos.*1.*Sect.* 1. vidimus. Et certè *quorsum illos incolat*, nisi prout *ibid.* Avgust. *ut templum sibi in eis erigat?* aut quomodò templū sibi erigit Spiritus Sanctus in creaturâ rationali, nisi eam sanctificando, hoc est renovando, sanctitatemqe internam impertiendo? 1 *Cor.* 3.16,17.

4.*Spiritus Sanctus intus in illis operari* dicitur. Certè si qid in illis operatur, amplius qiddam hoc sit necesse fuerit, qàm reatus originalis mera remissio. Cum *justificatio* & *remissio* sint σχέσεις duntaxat, nec in subjecto qicqam mutent.

5. *Operari in eis* dicitur, *qicqid à talibus requiritur, ut sancti reputentur.* At certè eadem ipsa, sive *sanctitatem*, sive *sanctificationem* appellare libuerit, quâ ad cœlestem hæreditatem adeundam idonei reddantur, ab infantibus exigitur, quâ & in adultis imago dei primitiva restavratur. *Jon.*3.3,7. *Hebr.*12.14. nisi forsan absqe eâ restavratâ ad sedes illas, τῶν μακαείων καὶ τελειωμένων πνευμάτων, parvulis, nescio qo privilegio, patescat introitus.

6. Verum *sanctificare eos Spiritus Sanctus incolens* dicitur, *prout illorum fert conditio.* Et qid ni ferat infantium conditio imaginis divinæ illius ex regeneratione spirituali restavrationem, qam ex generatione naturali Adæ soboles obtinuisset, si in obedientia debita ipse perstitisset? Certe Avgustinus loco adducto *Spiritum Sanctum in infantibus habitare eo modo* asserit, *qo mens per ætatem illam sopita, qamvis id ipsi nesciant.*] Mentem autem ita illis inesse constat, ut eos etiam tunc verè rationales constituat; ut *animal rationale*, tam de infantibus, qàm de adultis, univocè prædicetur. De hoc ipso videndus, Jo: Gerson, *in Magnific.tr.*7.*Sect.*2.*de ment.verit.* 8. supra indicatus *ad part.*1. *propos.*5.*Sect.*4. Et Petr. Martyr *ad* 1 *Cor.*7. 14. infr. adductus *ad propos.*3.*Sect.*2.

7. *Sanctificatio* conceditur; *justitia inhærens* de-

negatur. *Sanctos* dicere liceat *ob dedicationem, ob sanguinem aspersum, ob Spiritum sanctum incolentem, & eundem in eis operantem, quicquid omnino exigi ab eis queat, ut sancti reputentur*; tantum *non ob justitiam ullam infusam aut inhærentem.* Certè si cum alio quopiam compari meo, non cum Reverendo Episcopo res esset, quem verbulo læsisse facinus foret, Quæ malùm, dicerem, pertinacia an pervicacia ista, aliud quidvis admittere, in quo Spiritus Sancti sanctificatio consistat, quam illud ipsum, in quo solo sacræ literæ sanctificationem eam, quæ est cum peccatorum remissione conjuncta, conitantre ubique collocant? Illud tantùm nunc dico; mirum videri, adjecta ratione nullâ aut autoritate, secludi *sanctificationem* illam, quæ in codice sacro *justificationis* lateri comes perpetua & individua adhæret.

8. Quod *arcano nobisque incognito modo, Spiritus sanctus in nobis, tum incolere, tum operari*, perhibetur. Reverâ arcanâ ratione ista etiam in adultis, licet mediis adhibitis, Spiritus Sanctus operatur. *Joan.* 3. 8. Verùm qui mediis adhibitis ea in adultis perficit, idem etiam citra media illa, eadem in infantibus Electis quibusque prius quam hinc demigrent, exequitur.

Artic. 5. *Adoptio sive Acceptatio ad regnum cœleste, in eadem remissione fundari, vel ab eadem saltem conseqi*] dicitur. *Cum enim nihil aliud sit adoptio quàm acceptatio ad vitam æternam, ablutio originalis peccati, dum tollit unicum obstaculum, quo infantes à cœli ingressu arceantur, eâdem operâ justificatos constituere, & idoneos ad hereditatis cœlestis participationem*; (quod *Theologorum opinio communis* dicitur) *quam plures hujusce ætatis cives recipere, quam alius cujusquam, à* Bucero *sit dictum.*]

1. Si accurata rerum ratio ineatur, aliud esse videtur *acceptatio ad vitam æternam*, aliud *acceptatio ad regnum cœleste*; cum *vita æterna* ac *regnum cœleste* sint res à se invicem distinctæ. Neque

Neqe ſanè, propriè loqendo, avt *peccati remiſſio*, avt *juſtificatio ad regnum cœleſte jus tribuit.* Neqe enim avt *culpæ condonatio*, avt *rei* cujuſqam à culpâ *juſtificatio*, meliori in ſtatu eum, ſive cui ea condonatur, ſive qi ab eâ juſtificatur, conſtituit, qàm in qo ante culpam vel admiſſam, vel objectam, & pro admiſsâ habitam, idem conſtiterat. De qo videatur Bradſhavus, *de juſtif. cap.* 8. *ſect.* 1. 9 *& cap.* 24. *ſect,* 12. ut amplius qiddam *adoptio* procuret homini fideli, qàm avt *peccati condonatio*, avt *juſtificatio* etiam acqirat. Nec idcircò ex rei ipſius naturâ ad *peccati remiſſionem adoptio & acceptatio ad regnum* neceſſariò conſeqatur. Etiamſi ex diſpenſatione divinâ, qi neminem ſtatuerit peccati nexu ac reatu exolvere, qem non & in hæredem adoptaturus ſit ſibi, neceſſariò conſeqi non abnuatur. Verum eadem ratione & *regeneratio* ad *adoptionem* neceſſariò reqiritur. Cum hæc eâdem diſpenſatione divinâ ſint ſibi invicem nihilominus inſeparabiliter connexa. *Joan.* 1. 12, 13. *Eph.* 1. 4, 5.

2. *Originalis peccati reatus* negatur eſſe *unicum illud obſtaculum, qod infantes arceat a cœli ingreſſu.* Vitium ipſum, non minùs qam reatus vitio contractus, ab avlæ cœleſtis, qô nihil intrat immundum, introitu neceſſe eſt arceat. Itaqe ex diſpenſatione divinâ, non condonatio ſola reatus, ſed & vitii abſterſio, nec iſta minùs qam illa, ad cœli ingreſſum exigitur. Heſych. *in Lev. lib.* 5 *in cap.* 15. *Etiam in ætate infirmâ conſtituti ſignaculum baptiſmi neceſſarium habent, ne forte morte ſuperveniente, ſordidi tranſeant, ſordem qæ ex Adam deſcendit, in ſemetipſis habentes, & propterea non valentes intrare in regnum cœlorum.*]

3. Qod *communis hoc Theologorum opinio* dicitur, *baptiſmum avferendo reatum originalis peccati,* &c. *hoc ipſo impedimentum tollere, qod à cœli ingreſſu arceat, & eatenùs facere hæredes cœli.*]

Certè *Theologorum noſtrorum communis opinio* non

eſt; quod ſupra ſatis oſtenſum eſt. Neqe verò illi iſtic adferuntur; ſed Papicolæ qidam Scholaſtici, & Fraterculi, qorum tanti ſcil. eſt meritò apud noſtros avtoritas, qanta ipſius qem pro deo colunt, & cujus verba pro oraculis Spiritus Sancti habent Pontificis Romani. Verum & illi viderint, qomodò iſtud cum aliis ipſorum placitis conſiſtere poſſit, qi circumciſionem reatum qidem aſſerunt ſuſtuliſſe, idemqe plane remedium adverſus peccatum originale contuliſſe, qod nunc dierum baptiſmus præſtat, nec cœli tamen januam circumciſis aperuiſſe. Sic enim Magiſter *ſentent. lib.* 4. *d.* 1. *ſect.* 6. *& d.* 3. *ſect.* 12. Alexand. Alenſ. *Sum. l.* 4. *q.* 7. *m.* 7. *a.* 2. 3. 4. Bonavent. *in ſent. lib.* 4. *d.* 1. *part* 3. *q.* 3. Thom. *ſum. part* 3. *q.* 70. *a.* 4. Scot. *in ſent lib.* 4. *d.* 1. *q.* 6. Durand. *ibid q.* 1. alii innumeri. Hæc, inqam, communis ſententia cum illâ communi ſententiâ, qæ adverſis frontibus cornibuſqe arietare invicem videntur, qî poſſit conciliari viderint ipſi.

4. Bucero facile aſſentimur de numeroſitate civium cœleſtium, qos infantilis ætas tribuat. Verum baptiſmi percepti virtute, jus aditumqe ad civitatem cœleſtem, eiſdem acqiri, hoc eſt qod probandam adhuc ſupereſt; niſi ſi patrum qorundum dicta, & Pontificiorũ effata, pro juſtis legitimiſq, probationibus habeantur. Qærimus ergò *turba ingens illa civiũ cœleſtium* annon tã ex non-baptizatis, qales non pavci defunguntur, infantibus, qam & ex baptizatis conſtet; hoc enim contra Pontificios & Avguſtinum etiam ipſum, vetereſqe nonnullos, noſtri conſtanter tuentur. Si negatur; ad partes pontificias tranſimus. Si conceditur, qanam ergò ratione beneficii iſtius collatio ad baptiſmi perceptionem reſtringitur? Ut ne adjiciam Bucerum hoc ſtatuere non poſſe, qi *cum baptiſmo ſuo donari non-Electos infantes* fidenter aſſeverare dicatur.

In *propoſitionis* iſtius primæ *concluſione* qod aſſeritur:

Origi-

1. *Originale peccatum nemini adulto baptizato in infantiâ ad reatum imputari ;*]

1. Novum plane credo dogma in Eccleſiis reformatis & inavditum hactenùs exiſtere. Qod itaqe rationibus non ex Scholaſticorum lacunis cœnoſis ; ſed ex prophetarum atqe Apoſtolorum fontibus puris, petitis comprobari neceſſe habeat. Recte Whitakerus *de Sacram.q.4.c.3.rat.4.ad* 1. *Non oportet doctrinam inavditam prater Scripturas proponere.*]

2. Avguſtini, qâ cumprimis in hac causâ premimur, ſententiæ atqe avtoritati adverſatur, qod *de bapt. adverſ Donatiſt.lib.*1.*cap.*12. *Redire dimiſſa in baptiſmo, peccata.*] ex Evangelio apertiſſimè doceri ipſe contendit. Qod & à Gratiano in Canon. inde tranſlatum eſt, *de conſecr.diſt.4.c. Qomodo exavdit.* Qi & ipſe *de pœnit.diſt.*4 cum multis, qorum illic teſtimonia congeſſit ; in eandem tandem ſententiam concedit.

2. *Cum infantium juſtificatio, regeneratio, adoptio, ſanctificatio ab originalis ſolius peccati remiſſione oriatur, qa licet inamiſſibilis ſit, non trahat tamen poſt ſe effectos illos, Deo ita ordinante, ad ætatem originalis peccati ſolius ream limitatos ; ab infantium exemplo malè concluđ amiſſionem adepta juſtificationis, adoptionis, aut ſanctificationis in adultis.*] Qod dicitur.

Reſp. 1. Unde nobis conſtabit illa *ordinationis divine limitatio* ; ſive de *juſtificatione, regeneratione, ſanctificatione, adoptione, ex ordinatione divinâ ſic limitatâ* ; ad qam ſtatuendam ne apex qidem minutiſſimus ex oraculis ſacroſanctis hactenus allatus ſit ?

2. *Juſtificationem, regenerationem,* &c. iſtiuſmodi, *duplicem* eſſe, alterum *amiſſibilem, inamiſſibilem* alteram, niſi ex oraculis illis demonſtrari poſſit, qo minùs concluſio ab illâ ad iſtam benè rectéqe procedat, qod impediat, certè nihil comparet.

*Propoſ.*2. In *propoſitione* 2â aſſeritur,

Juſtificationem, Regenerationem, Adoptionem, qa infantibus

fantibus baptizatis competit, non esse univocè eandem cum illâ justificatione, regeneratione, adoptione, qæ in qæstione de perseverantiâ Sanctorum nunqam amitti defenditur.]

Resp. 1. *Justificationem, regenerationem, adoptionem*, qæ baptismi Sacramento, ab orthodoxis maximè tribuitur, & cujus ratione infantes omnes baptizati, justificati, regenerati, adoptati dicuntur, nec hanc ego nevtiqam *univocam* dixerim, cum eâ, qâ adulti fide jam prædíti justificantur, regenerantur, adoptantur; sed aliâ ratione baptismo, qàm fidei tribui, aliâ ratione ab illis, qam ab istis haberi: qemadmodum *corpus Christi* unum idemqe est, imo *Christus ipse* unus idemqe est, cui communicare tam fideles, qam & infidi dicuntur sed modo diverso, ad mensam dominicam qum accedunt.

2. Multò minùs *justificationem, regenerationem, adoptionem* illam, qâ parvuli, sive baptizati, sive nec baptizati, in ætate illa decedentes, salvi evadunt, & regnum cæleste consequntur, non esse eandem cum illa dixerim, qa & adulti pariter servantur, & regnum itidem cœleste idem iidem planè consequntur, mirumqè sanè mihi valdè videtur, *justificationem, regenerationem, adoptionem* veram efficacemqe ullam vel cogitari, nedum excogitari posse, qæ non sit *univocè* eadem cum illa, qa *Abraham, David, Pavlus, Petrus*, fideles cæteri justificati, regeniti, adoptati fuerint: avt ubinam tandem Scripturarum deprehensa fuerit delitescens *justificatio, regeneratio, adoptio* istiusmodi, qæ cum illa univocè una eademqe non existat.

Sed rationes videamus.

Artic. 1. *Justificationem non esse ejusdem rationis, probatur, qia non requirit avditum verbi, fidem, avt actum ullum in apprehendendo ipsam causam justificationis; sed est merus actus solius dei apprehendentis parvulos, & causam justificantem illis applicantis: cum adulti*

ti alio modo juſtificentur, audiendo, credendo, Chriſtum apprehendendo; &c. *Rom.* 3 25. 26 & 5.1.]

At verò conſeqentia iſta infirmiſſima videtur; qum mediorum diverſitas ſpeciem non mutet. [*Qi creavit hominem ſine homine, creat hominem ex homine,*] inqit Avguſtinus *de verb. ap.* 11. Anſelmus itidem: [*Quatuor modis poteſt facere Deus hominem, (fecitqe etiam;)*

Sine viro & fœmina, ut Adam;

De viro ſine fœmina, ut Evam;

De fœmina ſine viro, ut Chriſtum;

De viro & fœmina, ut nos.]

Sed & Hieronymus alicubi, [*quatuor ſunt generationis ſpecies; ex limo terræ, ex coſta viri; ex carne fœminæ; ex ſemine utriuſqe.*]

Nec obſtat tamen hoc, qo minùs hominis appellatio, tam de Adamo, qam & de Abrahamo prædicetur univoce. Imò impium plane & blaſphemum fuerit, ita argumentari; *In Petro avt Pavlo procreando anteceſſit copula conjugalis, ſeminis virilis deciſio, uteri muliebris adapertio*, &c. *at in Jeſu Chriſto producendo nihil iſtorum anteceſſit. Ergo humana Chriſti natura non eſt univocè eadem, cum eâ qæ eſt Petri avt Pavli.*

Qin & pari ratione prædeſtinationem, ſive electionem, qoqe duplicem comminiſci licuerit; unam ſcil. qa adulti per fidem gratiamqe verbi opera impertitam ad vitam æternam, gloriamqe capeſſendam electi ſint; alteram, qæ univoce cum hac eadem non ſit, qa infantes nimirùm, ſine mediis iſtis, ad vitam illam beatam in locis cæleſtibus perfruendam ſint deſtinati. *Nobis verò non varia & multi lex, ſed unica tantùm eſt ad ſalutem electio.*] Ut Theologi Haſſiaci in Synod. Dordr. *de art.* 1 *ad propoſ.* 2.

Deniq; *juſtificationis* rationem ipſam eſſentiamq; ſi ſpectemus, nimirum qod *actio* ſit *Dei, qa ſatisfactionis nomine à Chriſto præſtitâ peccata peccatori univerſa condonat, ipſumqe jam pro verè juſto habet*; una eademq;

prorſus

prorsus cum ea utrobiqe deprehendatur, qin univocè eadem sit utraqe, qod obsistat nihil video.

2. *Infertur itaqe cum justificatio adulti actum praesupponat credentis, justificatio avtem parvuli sit mera passio infantis, alterius actum in se admittentis; etsi posset probari, qod nullo modo potest justificationem eam parvulorum amissibilem esse, non tamen inde evincet, justificationem adultorum esse pariter amissibilem.*]

Resp. 1. Etsi daretur, ob hîc posita, non esse istam univocè cum illâ eandem, tamen ob rationem istic assignatam, à fortiori seqeretur, si illa possit amitti, qæ mera Dei sit actio, citra ullum actum ab hominis parte reqisitum avt concurrentem, multò magis amitti posse illam, qæ humanum etiam actum exigat. Inde vis argumenti adversus Arminianos intorti à Theologis Britan. in Synod Dord. *De artic. 5. ad thes. hetet. 5. Non potest homo ullo peccato actus Divinos rescindere. At justificatio & adoptio sunt actus divini, &c. Ergo.--*]

2. Qod *inamisibilis* hîc statuitur infantibus collata justificatio, saltem specie tenus, pugnat cum eo qod superiùs est dictum, in *propositionis primæ* complexione, *Remissionem originalis peccati manere ratam in adultis, etiamsi non post se trahat effectus illos, justificationem scil. regenerationem*, &c.

Art. 2. 2. De *regeneratione probatur, regenerationem parvali non esse ejusdem Speciei cum novâ creatione, sive spirituali renascentia adultorum; qia non recipit idem subjectum plura accidentia ejusdem Speciei: qum tamen infans Christianus, qi in baptismo sit regeneratus, aliam regenerationem acqirat, cum adultus fidem adhibet evangelio; ideo seqi, ut avt bis regeneretur, avt regeneratio hac baptismalis non sit eadem cum illâ de qa Jacobus, Jac. 1. 18. Petrus, 1 Pet. 1. 23. Paulus, Eph. 4. 24. denique qomodo sacramentum fidei fideles, sic regenerationis*

rationis sacramentum facere regeneratos.]

1. At regerere posset Arminianus qis, *regenerationem* priorem illam jam deperisse, ut qi tunc est renatus, cum denatus jam fuerit, denuo renasci opus habeat. Ita certè loquuntur Remonstrantes in *Collat. Hagiens. de art. 5. ad illud*, Natus ex Deo, &c. *except. 2. p. 457. Non est absurdum iteratò renasci.— Et Scriptura etiam id diserte significat. Gal. 4. 19.*] Petit itaq; τὸ κεφάλαιον ratio ista.

2. Positâ regenerationis firmitate istâ, ex semine corruptioni neqaqam obnoxio 1 Pet. 1. 23. argumentabuntur hinc potiùs, qi in adversa sunt sententiâ, nullam prorsus *regenerationem*, veram proprieqe sic dictam, in eis, cum baptizarentur infantes, antecessisse, qi verbi opera opeqe, post adulti jam regenerantur. videantur Contra-Remonstr. in *coll. Hag. de art. 5. ad arg. 6. & edit. Brand. p. 398.*

3. Si qis infans regenitus est; qod de Baptistâ saltem constare videtur ex Luc. 1. 15.) qem Gregorius idcirco *antequam nasceretur renatum*] asserit. in *Job. moral. l. 3. c. 4.* Etiamsi Augustinus *ep. 57. renasci posse, nisi qi jam natus sit,*] neget; dum vocabulorum vim havd satis accuratè perpendit.) Sed si qis, inqam, infans regenitus est, per verbum avditum receptumqe regigni, nec opus habuit, nec potuit etiam.

4. Velim certò disertèqe definiri, qænam tandem sit *regeneratio* ista, & in qo consistat; avt ex sacra saltem pagina liqidò demonstrari *regenerationem* aliqam Spiritus Divini vi efficaci productam, qæ à *novâ creatione & imaginis primevæ restavratione* sit alia. Nam *Sacramento tenus regenerari*, nihil esse mihi aliud videtur, qàm Sacramentum, qo *regeneratio* illa, qæ unicà est, repræsentatur, & obsignatur, susciperе.

Qin & baptismus *regenerationis Sacramentum* cum dicitur, annon phrasis iste in locis illis Sacræ paginæ fundatur, qibus Christus *ex aqa & Spiritu renasci* prò-

pronunciat *oportere*, *Joan.*3 5. Apoſtolus *per lavacrum regenerationis ſalvos nos fieri* prædicat. *Tit.* 3. 5. At vero *regeneratio*, de qa iis in locis, tum Chriſtus, tum Apoſtolus, qin in interna hominis renovatione conſiſtat, eademq; planè ſit cum illa, de qa Jacobus, 1.18. Petrus, 1. Pet. 1.23. Pavlus idem ipſe, Eph. 4.24. nec negavit unqam, opinor, qisqam, nec omnino negari poterit.

Hac itaqe, qæ revera ſola & unica eſt, *regeneratione*, verè regenitos baptiſmus infantes baptizatos ſi exhibeat, ſeqetur neceſſario infantium in baptiſmo collatam *regenerationem*. eſſe *univoce eandem*, cum ea qæ per Spiritum, verbo mediante, in adultis peragitur: Avt ſi non *realiter*, ſed *ſacramentaliter* tantum, ſive non reapſe, ſed Sacramento tenus duntaxat, prout *fideles*, ſic & *regeneratos* baptiſmus exhibeat, a dictis tropicis & figuratis ad propriè enuntiata ſtatuenda ratiotinari, ſophiſticum non immerito cenſeatur. Deniq; ſi *Sacramentalis* duntaxat *regeneratio* ſtatuitur, qemadmodum *ſacramentalem* dicere ſolemus *corporis & ſanguinis dominici manducationem* & *ſacramentalem mortificationem* Vir Clariſſ ipſe *in Col.*2.13. certe & *Sacramentalem* qoq; *juſtificationmen*,& *Sacramentalē* etiam *reatus originalis remiſsionem* qid ni pari ratione inferre licuerit, cum ex fructu radix, ex prole mater, jure cenſeatur; ut æqivocatione luſiſse videri poſſit, qi *remiſſionem peccati reapſe* dari inde concluſerit, qia *Sacramentaliter* conferatur.

Artic. 3.3. *Adoptionem* ſive *acceptationem ad regnum* qod attinet.

1. Aſſeritur, *adoptionem hanc, qæ infantibus baptizatis omnibus conceditur, non eſſe univocè eandem cum illa qæ inamiſſibilis eſſe defenditur: itaqe æqivocatione avt falli avt fallere, qi ab illa ad iſtam argutantur.*]

2. Id qo clariùs pateſcat: *adoptio qadruplex hic pro filiorum*

filiorum dei ratione qadruplici, ſtatuitur: Siqidem *filios Dei dici.*

1. *Qoad æternum & arcanum Dei propoſitum ad cœleſtem hæreditatem infallibiliter perducendi Eph.* 1. 5. *Joan.*11.52.

2. *Qos in filium ſuum unigenitum credentes Deus actuali filiorum prærogativâ, h.e. adoptionis Spiritu, donat & oſignat in diem redemptionis, Joan.*1. 12. *Rom.*8. 15. 2 *Cor.* 1.22. *Eph.*1.13,14. *&* 4. 30. *qa adoptio ſit arcana illius proles genuina.*

3. *Propter externam confœderationem cum Deo, vel aggregationem in viſibilem Dei populum; qo ſenſu omnes Iſraelitæ, qi generatim fœdus cum Deo iniebant, mediante ſigillo circumciſionis, filii Dei & filii regni appellantur; etiam qi ab illo regno ſunt extorres futuri. Eph.* 4.23. *Mat.*8.12. *Sed & Chriſtiani omnes; qorum maxima pars tamen converſatione ſe filios diaboli probent.*

4. *Qiſqis pro ſtatu præſenti ſufficienter diſpoſitus eſt ad obtinendam hæreditatem cœleſtem, qamvis non ſit à Deo præordinatus, nec Spiritu adoptionis oſignatus ad futuram ejus poſſeſſionem, qomodo Adam in ſtatu innocentiæ, & angeli non-electi fuerant filii Dei adoptivi.*

Et hoc ferè modo omnes infantes baptizatos fieri acceptos Dei vel adoptatos, qia cadit ſuper eos velle divinum, qo vult eos beatificare, ſi manſerint in ſtatu tali, & ſi non impediantur per conſeqens peccatum.] De qo ad *Radam, Suarem, Bielem amittimur.*

His poſitis ſubjungitur:

1. *Qartam hanc adoptionis ſpeciem eſſe limitatam & reſtrictam, non abſolutam, æternam, in electione fundatam, qæ nunqam irrita fiat; ſed nec vivam æternæ illius imaginem, qam Spiritus in cordibs fidelium oſignat.*]

2. *Nihil agere qi in perſeverantiæ negotio à tertio*

aut

avt qarto adoptionis modo, ad primum avt ſecundum ratiocinatur.]

Atqi 1. Reqiro, qo tandem in loco Sacrarum Scripturarum *adoptionis* iſtiuſmodi *reſtricta & limitata*, cui cum *Electione* nihil ſit, & in ſalutis tamen ſtatu pro tempore conſtituat, veſtigium vel tenuiſſimum deprehendatur.

Nam 1. ad modos priores tres firmandos è Sacris Literis teſtimonia produci video; ad 4. illum ſtatuminandum *Scholaſticorum* tantùm qorundum placita verbo nullo divino ſubnixa.

2. Qod in 3. modo de *confœderatione obſignata circumciſioni* tribuitur, idem ipſum ex analogia pari in verbo dei fundata, nec amplius qicqam, *-baptiſmo* tribui videtur. Ut ne adjiciam, adoptionem illam, non qæ baptiſmo acqiritur, ſed qæ baptiſmo obſignatur, de qa Gal. 3. 26. 27. in electione fundatam eſſe, ex iſtic etiam in modo 2. conceſsis apertiſsime comprobari.

3. Qod de *hominibus protoplaſtis*, *angelisq*; non-*Electis* ſuggeritur, *adoptivos* dici, avt fuiſſe etiam *Dei filios*, probandum eſt: nec id dici poſſe videtur, cum in ſtatu illo, in qo ad tempus breve duntaxat perſtiterint, à primordio ipſo conditi & conſtituti fuerint, aliâ itaq; ratione, & iſti & illi, *dei filij* nuncupari videntur. *Job.* 1.6. & *Luc.* 3. ult. nempe qod ad conditoris imaginem conditi ſint utriq;, qicqid Chryſoſt. 23. Baſil. Seleuc. & antiqi nonnulli de iſtis, *angelis* nimirum, in contrarium ſtatuerint.

4. Qin nec Reverendus Avtor ipſe, eodem planè cum iſtis modo, infantes baptizatos omnes adoptatos, adfirmat; cum non *eodem prorſus*, ſed [*eodem fere*] *modo adoptatos* hoſce concludat, ut modi iſtius, vel inſtantia, vel mentio, in ſacris literis hactenus nulla compareat.

2. Qæro, qænam iſta ſit, de qa hîc ſermo eſt, *diſpoſitio*, avt unde tandem ea obveniat. (Nam *cadere ſuper*

per baptizatos omnes infantes velle divinum, qo velit eos beatificare, ſi in eo ſtatu permanſerint,] in qo ſtatim à baptiſmo percepto fuerint, magis quàm ſi in eo in qo ante baptiſmum perceptum fuerant, Radæ, avt Bieli nudè aſſerenti non credimus.) Si ex *Sacramento* ipſo; ergo carent adoptione, carent diſpoſitione ſufficienti ad vitam æternam conſeqendam, ac per conſeqens in æternum perituri ſunt fidelium liberi, qi Sacramenti exortes diem obierint. Qomodo enim eum obtinebunt ad qam ſufficienter diſpoſiti non ſunt? Sin ex *fœderis beneficio*, qo ipſi cum parentibus comprehenduntur, uti pronunciat Synod. Dordr. *c.* 1. *art.* 17. erunt & ante Sacramentum perceptum, fœderis illius virtute, ad vitam diſpoſiti; ut diſpoſitionem illam Sacramentum iſtud non largiatur ſed obſignet. Calvin. certè *in* 1. *Cor.* 7. 14. *Qod hîc tribuit liberis fidelium ſpeciale privilegium, id fluit ex beneficio fœderis,* &c.] Idemqe *in Epiſt.* 84. *Qamvis baptiſmus ſit ſigillum adoptionis noſtræ, inſcripti ſumus tamen in libro vitæ, tum merâ gratiâ Dei noſtri, tum illius promiſſione. Cedò enim qo nomine filii noſtri ſervantur, niſi ex illo verbo, Ego ſum Deus ſeminis tui ac niſi iſtud verbum ad eos pertineret, ne ad baptiſmum qidem admittendi eſſent.*] Videatur & de fidelium infantibus ante circumciſionem inſtitutam & imperatam; ſed & de eorundem fœmellis, poſt eandem jam ſtabilitam, per ætatem teneram demigrantibus.

3. Qæro annon *juſtificatio & remiſſio peccatorum in electione divina fundatæ ſint.* Si negatur, non opponam communem noſtrorum ſententiam, qi electionis iſta fructus & effectus perpetuos peculiares agnoſcunt, qod ſi detur, (& ab Avtore certè *propoſ.* 5. non concedi tantum ſed & aſſeri videtur) & iſtam, qæ ex illis reſultat ab eodem fonte communi profluere neceſſe fuerit: illud tantùm poſtulabo, adoptionis ejuſmodi ſpecimen aliqod ex ſacrâ paginâ exhiberi, qæ cum *juſtificatione*

catione ac peccatorum *remissione* sit conjuncta, nec in *electione* tamen fundata sit.

4. Adversus eos qi *Sacramenta, ea semper qæ significant & obsignant, reapse exhibere contendunt, in rite susci pientibus,*] argumentum, qod istic vellicatur, fortissime concludet. Cum fundamento hoc posito, non *adoptio* temporalis & commentitia ista, cujus nec vola nec vestigium in codice sacro comparet; sed *adoptio* illa de qâ Apostolus Gal. 2. 26, 27. & Eph. 1. 4, 5. in baptismate conferetur. De ea avtem, opinor, in *perseverantiæ* negotio, & agitur, & agi istic agnoscitur.

Propos. 3. In *propositione* tertia asseritur, *infantium baptizatorum justificationem, regenerationem, & adoptionem istam, statum salutis conferre pro conditione parvulorum.*

1. *Qia voluntas Dei peccatum originale eis remittentis, eosqe favore suo complectentis, sufficiat ad ponendum eos in statu salutis, absq; præsentanea aliqâ inhærentis justitia infusione. Et Vasqem ideò, etsi in baptismo infundi agnoscat, medium tamen ad salutem esse necessarium pernegare: Et Malderum concedere, sine ullo dono inhærente posse hominem etiam ad vitam æternam esse à Deo acceptum.*]

1. Ac nondum constat nobis, *in baptismo dimitti peccatum.* Nec ad hoc statuminandum vel apex ullus è Scriptis θευπνεύστοις est hactenus adductus, unde de *voluntate divinâ*, hac in parte, certi simus.

2. A *posse Dei* ad *velle Dei*, havd est firma satis argumentatio; qod adversus Pontificios in *re Sacramentariâ* sive *Evchariſticâ* passim opponimus.

3. *Sufficit*, qod hîc ponitur, ex *potestate & voluntate Dei absolutâ*; ea enim de suo licet ei facere qod velit, & velle etiam qodcunqe simpliciter allibuerit; at non item ex *determinatâ & ordinatâ*, qam semel sanxit semper seqitur; ista siqidem *peccati remissionem & justificationem*

stificationem cum *justitiâ inhærente* ita [illegible] conjunxit, ut divelli & disjungi à se invicem, ideo, quod ipse sic voluit, non possint. Qod & autorem ipsum agnoscere, in *comm. ad Col.* 2. 11. 12. supra à nobis est indicatum.

4. Maldero Antverpiensi Petrum Cameracensem opponimus. Is *in Sent. l.* 4. *q.* 1. *art.* 3. *concl.* 1. *Licèt possibile sit Deo de potentiâ absolutâ culpam delere originalem, aut aliam quamlibet mortalem sine infusione gratiæ, vel collatione alicujus positivi verò repugnantis illi peccato, utpote originalis justitiæ; tamen de potentiâ ordinatâ hoc non est possibile.*]

2. Testimoniis Ecclesiasticis comprobatur. Siquidem *Patres, nostrosque Theologos, quamvis in hoc à Papistis dissentiant, quod negent justificationem, regenerationem, adoptionem illam, quæ spirituali donorum infusione, creaturam novam faciat, infantibus competere; tamen in hoc omnes consentire, quod parvuli, pro suâ præsenti conditione, ita justificentur, regenerentur, & sanctificentur in baptismo, ut si moriantur in hoc statu parvulorum, neque de electione illorum, neque de salute, dubitandum sit. Augustinum hoc ubique docere; Fulgentium hanc regulam figere; satis notam hac in parte antiquorum sententiam. Nostros lubenter concedere statum salutiferum ita conferri infantibus in baptismo, ut quotquot in infantiâ moriantur, ejus beneficio salutem obtineant. Bucerum, in puerili ætate raptos, Christi beneficio salutem obtinere, &c. Ecclesiam nostram in Rubricâ Catechismo præfixâ, neque noxiam existimet confirmationis delationem, ex manifesto dei verbo adfirmare, post baptismum etiam nondum confirmatos, si obierint, infantes omnia habere, quæ sint ad salutem necessaria, & indubiè servari.*]

Resp. 1. *Justificationem, regenerationem, sanctificationem, quæ novam creaturam faciat, gratiæ vivificæ & salvificæ infusione, infantibus non competere,* nec

patrum (opinor) qiſqam, nec noſtrorum ullus unqam docuit.

1. De *patribus* antiqis ſatis ſuperqe abundè dictum eſt, *ad part 1. propoſ. 5.*

2. *Noſtri* qomodò *innovationem* ſive *renovationem* iſtam *infantibus competere negent?* qum

1. In ipſo baptiſmi actu *gratia* iſtiuſmodi *infuſionem* nonnulli ex ipſis aſſerant. Imò rari admodum, credo, reperiantur, qi *remiſſionem peccatorum* tunc conferri tueantur, qin & *gratiam* ſimul infundi ſtatuant. Videantur, qæ ex *Luthero, Bucero,* in *artic. concord.* ſed præcipue qæ ex *Melanchthon. in locis com.* adduximus ad *part 1. propoſ. 2.* Sed & qæ ex Whitaker. *de Sacr. q. 4. c. 3. ad part 2. propoſ. 1. membr. 2. art. 3. ſect. 2 reſp. 2.*

2. In hoc univerſi conſentiunt;

1. Qoſdam, qod priùs dixeram, etiam in ætate infantili, infuſa Spiritus Sancti gratia fuiſſe ſanctificatos. Qod etiam Joannis Baptiſtæ, & Jeremiæ prophetæ ſpeciale privilegium fuiſſe, negat Chamierus, loco à nobis ante deſignato. Unde concludit Petr: Martyr, *ad 1 Cor. 7. 14. poſſe illam ætatem ornari Spiritu Sancto, Joannes & Jeremias, qi ab utero putantur Spiritu Dei perfuſi, poſſunt atteſtari.*]

2. Nullum per infantium obeuntem avlam cœleſtem priùs ingredi qam occulta atqe arcana Spiritus Sancti opera, *nova* factus ſit *creatura.* Videatur Calv. *inſtit. lib. 4. cap. 16. Sect. 21.* ab avtore ipſo *part 2. propoſ. 4.* adductus, & mox adducendus. Sed & Petrus Martyr *ad 1 Cor. 7. 14. Judico ſatis eſſe, ſi ſtatuantur, qi ſalvandi ſunt; eo qod per electionem & prædeſtinationem ad dei peculium pertineant; Spiritu Sancto perfundi, qi radix eſt fidei, ſpei, charitatis, & omnium virtutum, qas poſtea exerit, & declarat in filiis dei, cum per ætatem licet.*] Unde poſſint *eodem modo fideles dici, qomodo & rationales dicuntur.*] Qod in ſeqentibus ſubjungit

Whitaker.

Whitaker. deniqe, *de bapt. q. 4. c. 6. A Spiritu Sancto purgari infantes dicimus, & fieri novas creaturas.*]

2. *In hoc omnes consentire, quod parvuli, pro suâ præsenti conditione, ita justificentur, regenerentur, sanctificentur in baptismo, ut si parvuli moriantur, neque de electione eorum, neque de salute dubitandum sit.*] Fidenter nimis dictum videtur.

Siquidem 1. Nihil ampliùs plerique dicunt, quàm quod de omnibus promiscuè fidelium liberis, sive baptizatis, sive non baptizatis, in infantia obeuntibus Synodi Dordracenæ patres pronunciant *cap. 1. art. 17.*

2. Negant istinc *de electione constare* non pavci: Et prædestinationis arcana deo (prout jus fasqe exigit) dimittentes; quod ex Charitatis pietatisqe judicio de universis credunt sperantqe, fidei dictamine, de solis, deo soli cognitis, prædestinatis electisqe, pronunciant. *Calv. Inst. lib. 4. cap. 16 Sect. 21. part 1. propos. 4.* ab autore ipso adductus. *Quos electione suâ dignatus est dominus, si accepto regenerationis signo, præsenti vitâ ante demigrent, quam adoleverint, eos virtute Spiritus sui nobis incomprehensâ renovat, quomodo expedire solus ipse provident.*] Beza *ad Art. Colloq. Mompelg. de bapt. ad thes. & antithes. 4 observ. 1 sect. 20. pag. 101. Concedo etiam, quamvis non quisquis in Ecclesiâ nascitur, necessariò sit ex electorum & salvandorum numero, in quibus solis efficax est, tum in prædicato verbo, tum in Sacramentorum administratione, salutis promissio; tamen, quoniam deus illud discrimen sibi soli in aliis dijudicandis integrum servavit, singulis infantibus in Ecclesiâ natis juberi pastores baptismum administrare; qui etiam omnes infantes indefinitè sunt electi præsumendi.*] qi & videndus *in qæst. & resp. part 2. num 123. & 127.* Whitaker. *de Sacram. q. 1. c. 3. Vocab. 4. Baptizantur apud nos infantes, ut & circumcisi olim infantes Judæorum; ut illis signum divini fœderis imprimatur: quod*

etsi non-renatis & prædestinatis nihil prodest, tamen electis prodest eo modo, qo deus novit. Nam infantes electos morientes antequam adoleverint, Deus virtute Spiritus sui renovat.] Ut alios omittam, Bucerus ipse, qi ab Avtore mox adducitur, *in Matth.* 3. Bellarmino, utri retrò dictum, proferente; *prædestinatos parvulos etiam sine baptismo servari; non-prædestinatos etiam cum baptismo damnari.*] Et disertissimè Petr. Martyr *in* 1 *Cor.* 7. 14. *fol.* 94. *Neqe hæc à me dicta eò putanda sunt, qod omnibus fidelium pueris absqe Sacramento decedentibus pollicear salutem. Si enim id facerem, possem haberi temerarius: illas divinæ misericordiæ judicandos relinqo, cum de arcanâ prædestinatione atqe electione nihil mihi constet. Sed hoc tantùm affero, eos reverâ servari, in qos electiv divina incurrit, qamvis baptismus non intercesserit. Qoniam deus gratiam Sacramentis non alligavit, qasi absqe illis neqe possit neqe velit ullos servare. Item, de hujusmodi parvulis bene spero; qod illos videam de parentibus fidelibus natos: qa res habet non vulgares promissiones; qa licet non sint generales qoad omnes, ut patet de Esav & Jacob, qi habuerunt eosdem parentes: attamen cum nihil secùs videam, de talium infantium salute, pat est ut bene sperem. Alioqin nec omnes cum baptismum consequuntur, salutem habent.—Et nihilominùs pueros decedentes cum baptismo salvos esse confidendum est: cum nihil nobis secùs ostendat. Imò potiùs è diverso, argumenta salutis eorum habemus, qod natisunt ex fidelibus, extat promissio, coeptati sunt in Ecclesiam, & Sacramento insigniti. Qare missâ curiosâ inqisitione prædestinationis avt electionis dei, bene de illis sperabimus.*]

3. *Avgvstinus & Fulgentius* fidei canonem nobis non figunt: qi de infantibus citra baptismum perceptum defungentibus tam immitem, tam immanem, fixerunt, ut & Pontificii qoqe, qanqam ætatulæ illi nimium qantum & ipsi iniqi, non immeritò eum adversentur.

4. *Anti-*

4. *Antiquorum sententia* quænam fuerit de baptismi in hac parte efficacia, haud ita promptum atque expeditum est dicere. Verum hac de re superiùs nimis forsan multa diximus *ad part* 1. *propos.* 5.

5. *Statum salutiferum ita in baptismo conferri* (stricte proprieqe loqendo) *ut ejus beneficio, quicquot in infantia moriuntur, infantes baptizati, salutem obtineant,*] nostri certe plerique nevtiqam concedunt. Præter pavlo supertius hîc adducta, imo & qæ reverendus Avtor ipse suppeditat, in *part* 1. *propos.* 4. ex Calvino, Beza, Martyre, qæ hoc liquidò evincunt; Rever. Georgius Episc. Derens. *de perseverat. cap.* 12. *sect.* 3. *Non est necessarium, ut baptizatus quisqam parvulus præsentaneè vel regeneretur, vel justificetur, verum baptismi sacramentum est ei sigillum justitiæ fidei, qa est justitia Christi, avt à Spiritu Sancto applicandæ electo in infantiâ morienti, avt etiam fide apprehendenda in eis, qi ad discretionis annos superstites, credendi gratiam assequuntur.*] Qi & mox §. 4. *Baptizato justitiam fidei obsignare* asserit, *atque ita sacramentaliter justificare.*] Whitakar. *de bapt. q.* 4. *c.* 3. *ad* 5. *Sed Bellarminus clavsulam subjungit Theologo indignissimam, omnes qi in infantiâ moriuntur, si sint prædestinati, sine dubio baptizari: unde sequitur eos, qi non baptizantur, sine dubio non esse prædestinatos: qo nihil absurdius. Nemo enim dei prædestinationem novit; — sed ut dei gratia; sic dei prædestinatio est libera: nullis astricta Sacramentis: & ut qi prædestinantur ante baptismum prædestinantur; sic ante baptismum ad deum pertinent.*] Petr. Martyr. *ad* 1 *Cor.* 7. 14 *fol.* 92. *fac.* 2. *Originalis peccati vitium omnes nostri pueri habent, quando nascuntur: verum illi, qi non tantum secundum carnem ex piis nascuntur parentibus; verum etiam ad electionem dei & promissionem pertinent, non habent; qia dei misericordiâ, spiritu sancto, & gratia Christi avfertur: neqe illis imputatur ea corruptio ad mortem. Ideo qi sic nascuntur*

ex Christianis, vocantur Sancti, qòd existimentur ad gratiam & electionem pertinere, cum nihil diversum suadeat. Unde qasi ad promissionem pertineant, & jam dona dei habeant, remissionem, inqam, peccatorum & gratiam Christi. Ecclesia baptismate ista in eis consignat.] Beza denique *ad Art. colloq. Mompelg. de bapt. ad thes. & antithes. 4. observ. 3. pag. 106. Ad infantes qd attinet in Ecclesiâ natos, & divinitùs electos, (hujusmodi dixi non temerè cunctos præsumi) & antequam usum intelligentiæ nacti sunt, morituros, facile existimaverim, dei promissione fretus vascendo inseri Christo, sicut antea pluribus exposui. De ceteris verò qid aliter statuere, nisi apertissima temeritate, possimus, qàm eos tum demum regenerari, qum vera fide ex avditu donantur? nisi si in nonnullis dominus extraordinariam vim afflatus sui exercuerit.*]

6. Nec hoc *Buceri* verbis hîc allatis adfirmatur. Aliud est *baptismi beneficio* salutem obtinere; aliud *Christi beneficio:* cujus compotes esse qeunt, & qi nunqam fuerint baptizati. Qin & baptismi efficaciam ad electos, sive prædestinatos solos ipsum restringere, ex allatis suprà, liqidò claret. Ut in hâc causâ frustra videatur allegari. Petr. Martyr certè ejusdem plane cum Bucero sententiæ, *ad 1 Cor. 7.14.* adversus Pontificios agens: *Adversarii Sacramentis plus tribuunt, qam oporteat. Putant enim vi & efficaciâ operis baptismi peccata remitti; neqe agnoscunt Sacramentis potiùs remissionem obsignari, qam adulti assequuntur credendo, & parvuli fidelium, qi ad electionem pertinent, per Spiritum & gratiam jam habent.*]

7. *Ritualis nostri*, qæ adducitur, *Rubrica*, eis verbis hoc duntaxat fine concepta videtur, ut *confirmationis* adhibendæ necessitatem excludat; utqe nihil amplius à se exigi, qoad parvulos suos, ex parte suâ, parvulorum parentes intelligant. Nam qod *indubiè servari* pro-

pronunciatur, *etiamsi confirmationis ritum nunquam percipiant*, id partim est ad judicium pietatis charitatisque, uti priùs dictum, referendum; partim ad errorem spectat extirpandum, de *confirmationis* baptismum consecuturæ *necessitate*. Neque aliter intellexisse, aut etium intelligere potuisse, Whitakerum, Downamum, aliosque è nostris, ex allatis supra, clarissimè patet, nec obstat, quod [*indubie salvari*] dicit infantes fidelium jam baptizatos, si per infantiam diem obierint, qvm & de non-baptizatis non minùs fidenter asserant Synodi Dordr. patres, *cap.* 1. *art.* 17. *De ipsorum electione & salute dubitare non debere.*] Et de defunctis qibuslibet intra Ecclesiam constitutis, in *Liturgiâ funebri* nostrâ, pari fiduciâ pronuncietur, *corpora ipsorum terræ mandare, In firmâ certaqe spe resurrectionis ad vitam æternam*, sive qod in *Anglico nostro idiomate plenius clarisqe exprimitur*; In sure and certaine hope of resurrection to life everlasting.

Qum autem [*ex manifesto dei verbo*] haberi dicatur qod de infantibus istiusmodi in *Rubricâ* statuitur, illud *verbum dei manifestum*, qodcunqe fuerit, si proferatur inde optimè patescet & deprehendentur commodissimè, tum qæ *Rvbrica* illius sententia fuerit, tum etiam qid de re ipsâ sententiendum sit. Qare autem non *verbum manifestum* illud profertur potiùs, qod contradictiones & disceptationes omnes sopiat, qam *Rubrica* interpretationis ambiguæ, ad qam pios doctosqe havd pavcos vel hæsitasse, vel impegisse, Vir Præstantiss. ipse nescius esse neqibat?

8. Qod autem *è necessariis ad salutem baptismus esse* dicitur, Si τὸ ἀναγκαῖον stricto sensu sumatur, ut baptismi necessitatem absolutam designet; ab ea certe nostri semper abhorruerunt. Neque enim ei avt cum priscis illis, qotqot errorem illum horridum & horrendum errarunt, avt cum Pontificiis etiam, qi mitiorem tamen pavlò legem promulgantes, infantes sine

tinctione discedentes ab hæreditate cœlesti cernenda, excludunt, consentire se occasione qacunqe passim palamqe liberè profitentur. Calv. *Epist.* 184. script. Anno 1554. à Maldero citatus in *Anti-Synod. cap.* 2. *Sect.* 2. *Atqi infans ita privatus est signo salutari, baptismi nempe. Nego tamen illius coram deo deteriorem esse conditionem.*] Whitak. *de bapt. q.* 2. *cap.* 1. *Parvulis non magis fraudi esse, carnisse baptismo, qàm qod non actu credant; nec posse illos propterà à salute excludi; sed qemadmodum sine actu credendi, ita & sine baptismo servari posse.*]

3. Concluditur *ex dictis liqere, poni infantes per baptismum in statu salutis*, &c.

1. At verò *poni infantes per baptismum in statu salutis, ex dictis* non *liqet*; cum nihil sit adductum, unde certò probetur.

2. Neqe revera potest ex sacris literis evinci, *baptismum* qenqam, avt infantem, avt adultum etiam, *in statu salutis ponere*, qi non priùs in eo statu esset, qam ad fontem sacrum accederet.

4. Subjungitur deniqe: *Non amittere statum salutiferum, qem pro conditione infantulorum habuerant, qi in statu adultiori pereunt, baptismi voto non impleto.*]

At qin *statu salutifero excidunt*, si qando pereunt, qi in eodem fuerint aliqando, negari non videtur posse; qacunqe id tandem ratione contigerit. Qemadmodum v. g. à qo pro tempore nihil ampliùs dum baptizatur exigitur, nisi ut credat & resipiscat, & propositum habeat deinceps bonos fructus producendi, is, si crediderit, resipuerit, votum istiusmodi in animo serium habuerit, in salutis statu constituitur. Verum is deinceps post dies vel annos aliqot (dato fieri hoc posse) si bona operari om-

omnino renuerit, & qui renuerit, perierit meritò, an non *statu salutifero* excidisse diceretur? aut Adami, integri & insontis adhuc nobis filium aliquem exempli causâ fingamus, qui in statu salutis gratiæque divinæ prognatus, educatusque sit, donec annos maturiores attigerit; is, ubi jam adoleverit, fructum vetitum contigerit, reatu se involvit, qui exitium tandem accersat sibi. Num iste, quia à parvulo nihil exigebatur, nisi ut puritate nativâ ac originali imbueretur, cum ab adulto amplius quiddam exigatur, ut & à peccati actu omni abstineat, & officia debita exequatur, ideò vel iisdem aliquid omittendo, vel iismodi aliquid admittendo, si gratiâ divinâ, quâ prius fruebatur, excideret, non & *à statu salutifero* dicendus fuerit *excidisse*?

Propos. 4. In *propositione* 4. asseritur, *Eos qui in baptismo pro communi conditione parvulorum verè justificati regeniti & adoptati fuerint, pro speciali conditione adultorum non existere justificatos, regeneratos, aut adoptatos, cum ad usum rationis pervenerint, nisi pœnitendo, credendo, abrenunciando, votum in baptismo susceptum impleverint.*

Quia, licet tam in parvulis, quàm in adultis, justificatio, regeneratio & adoptio innuant actus dei, tamen actus hi divini, in parvulis actiones aliquas liberi arbitrii non requirunt, cum in adultis ex ordinatione divinâ præcedant. Neque ponunt in parvulis spiritualia illa effecta, sine quibus in adultis ista subsistere non possunt.]

1. Ergò etiam qui verè *justificati* fuerint aliquandiu possunt *ex justificatis non justificati* fieri. At verò Thomsoni illud, quod contendit, *Diatrib. cap.* 2. *Hominem semel vere justificatum, non necessariò semper justificatum manere.*] Oppugnans Rever. Robertus Sarisbur. *Verè justificatus ille dicitur; qui reipsâ peccatorum remissionem consecutus est, qui in gratiam susceptus, qui factus filius dei; hæres regni, membrum corporis*

Christi;

Christi; nam in hanc omnem prærogativam indutus, qi verè justificatus est. Qem non ideò verè justificatum defendimus, qia perseverat; sed ideò certissimè perseverare, qia verè justificatus est; nunqam ut contingat ullis peccatis, ut sit non-justificatus, qi semel verâ fide justificatus est.] Neqe obstat qicqam, qo minus huc faciat, qod dicitur clavsulâ illâ de *fide* extremâ. Neqe enim tam ab actu nostro, qam ab actu divino rationis adductæ vis omnis pendet, & argumenti necessaria consecutio; prout in seqentibus disertè verbis istis monetur. *Qare in eo lis est posita, an rescindat Deus actum suum, an refigat sententiam, qâ hominem justificatum eo ipso adoptævit in filium, qâ regni sui fecit hæredem, qa civitatis sua, cœlestis popularem conscripsit.*]

2. Qod *actiones qadam liberi arbitrii ex ordinatione divinâ, ad regenerationem in adultis præreqiri*] dicuntur, certe Synodi Dordrechtanæ definitionibus adversari videtur; qæ *regenerationis præcedaneum à parte nostrâ nihil dari, sed eam deum sine nobis in nobis operari.*] Definiunt. Videantur *Capit.* 3. *&* 4. *articul.* 3. 11, 12. *&* *reject. artic.* 4, 5. 8, 9.

3. Tam in infantibus, qam in adultis, *regeneratio* illa ipsa necessariò reqiritur, de qâ *Joan.* 3. 3. 5. & qæ est res præcipua Sacramento illo adumbrata & repræsentata, uti patet ex *Tit.* 3. 5. qam infantibus competere orthodoxi qiqe concedunt. Ea avtem, etsi actum nullum, ex parte nostrâ, necessariò præreqirat, actum tamen divinum non immanentem, sed transeuntem, ejusmodi implicat, qi in regenito ponat aliqid.

4. Nam qod *spiritualia illa effecta in parvulis regeneratio ponere* negatur, *sine qibus eadem in adultis subsistere non potest*: mihi ne cogitatione qidem fingi posse videtur, *regeneratio* istiusmodi;

non

pon magis qam *generatio*, qæ in subjecto nihil ponat.

2. *Inculcandum* concluditur; *eos, qi adulterum justificationem & adoptionem Pavlino more intellectam amisti aliqando arguunt, qia justificatio & regeneratio parvulorum propria, ex pacti ipsius formulâ, desinit in adultis fœdifragis habere vim salutiferam; neqe bonam consequentiam tenere, neqe manifestum æqivocationem vitare.*]

1. At nos, qi *Pavlino more* duntaxat in istis loqi didicimus, ut καινοφωνίας καὶ κενοφωνίας effugiamus, nullam aliam *justificationem, regenerationem adoptionem* veram agnoscimus, ab eâ qam nos Pavlus, & per Pavlum Christus edocuit. Et certè, si qa alia statuatur, qàm qæ possit inde comprobari, nos eam, ad Avtores suos remissam, meritò rejicimus; nec vel angelum qidem cœlitùs se descendisse professum, nedum patres ipsos, hâc in parte admittimus, si qid περὶ ταῦτα nobis obtrudere voluerint.

2. *Æqivocationis* notam forsan vix effugisse videantur, qi *regenerationem* saltem, ut de *justificatione* & *adoptione* nihil dicam, *æqivocam* nobis procuderint; *regenerationem* scil. *sine gratiâ regeneratrice* (qæ *part.* 1. *propos.* 4. rejicitur) qæ nihil qicqam minùs existat, qam illud cujus nomen præ se ferat; & *regenerari in baptismo* contendunt infantes, qibus tamen ea, tunc temporis, collata negant, sine qibus *regeneratio* verè proprieqe sic dicta subsistere non possit.

Propos. 5. In *propositione* 5. 1. asseritur, *Perseverantiam in justificationis & adoptionis statu semel obtento, non à qalitate sive actu aliqo hominis fidelis & justi, qi ratione subjecti sit mutabilis, pendere, sed à speciali dei amore, qi non permittat, ut qi credendo in Christum justificatus fuerat & adoptatus in filium dei, amittendo fidem & sanctificationem, desinat esse filius & pereat in æternum.*]

2. Pro-

2. Probatur, *ea efficax vocatio, qæ justificationem, sanctificationem, adoptionem actualem post se trahit, à prædestinatione, qa fixa & immutabilis sit, manavit. Ista justificationem, sanctificationem, adoptionem & glorificationem absolutæ prædestinationis fructus esse, & quidem permanentes.*]

1. Ergò, aut absque *speciali dei amore* justificabuntur atque adoptabuntur quamplurimi; Siquidem ut Petrus Martyr 1 Cor. 7. 14. *Esau indubitatè fuit circumcisus, cum esset parvulus; & tamen eâ ætate fuisse gratum deo, quis dicere audeat; cum Scriptura docent à Deo fuisse odio habitum, priusquam vel boni vel mali aliquid egerit?*] aut si *specialis dei amor justificatum & adoptatum gratiâ excidere & in æternum perire, non patitur*, tam nec parvulum, quam nec adultum quenquam semel justificatum & adoptatum, justificationis & adoptionis statu excidere, & in exitium æternum devenire, idem patietur.

2. Si *justificatio & adoptio* sunt *prædestinationis fructus & effectus*; ergò vere justificati & adoptati omnes sunt & prædestinati; suntq; omnes per consequens glorificandi; ut in catenam illam auream Rom. 8. 30. à qâ exoffi sumus, & desinamus. Aliam siquidem ab istâ *justificationem*, cum codex sacer non exhibeat, nec nobis utique admittere aut agnoscere licebit.

Illud demum duntaxat, *corvinis* loco, adjectum sit, ut ad *præscriptionem* ab initio defixam revertamur. Datis concessisque universis, qæ ad conclusionem primariam vel eliciendam vel suffulciendam istic aut sumuntur aut citantur; *nec contraire dogma hoc sententiæ in Synodo Dordrechtanâ stabilitæ, de Sanctorum sive fidelium perseverantiâ; nec licere aut Arminianis aut Pontificiis, aut nostris etiam*, (nam de Antiquis securi jam sumus) *adversum sententiam illam telum aliquod istinc mutuari*; dato *Augustinum, Prosperum, veteres alios, Concilium Milevitanum, Valentianum, &c. Pontificios omnes, nostros*

nostros plerosq;, (qod non conceditur tamen) *idem censuisse*; dato insuper *catena Apostolica illius nexum nullum hâc ratione imminutum haberi; nec argumentum aliqod, avt istic, avt alibi usqam, adductum, qod dogma istud necessario evertat; sed infirma & futilia esse universa, qæ in contrarium allata sunt*: Datis, inqam, his omnibus, nihil tamen videri dictum, qod veritatem dogmatis istius evincat, (cum regula juris sit, *Asserenti probationem incumbere*) nisi ex *Sacris Oraculis*, qæ sicut sola θέτικα, ita sola sunt ἀντίθετα, producatur aliqid, qod assensum vel extorqeat, vel exigat saltem. Hoc avtem est hactenus ἀνενστάτως; Et nos itaqe jure merito de hoc dogmate ἐπέχομεν.

FINIS.